in luna. Differentia inter auges istas est eqtio centri in epiciclo. Equatio centri in zodiaco est differentia inter verum ꝛ medium motū in firmamēto vel epiciculo. Centrū est distantia centri epiciculi ab auge ecentrici eqntis. Aux est punctū maxīe eleuatū in ecentrico a capite ♈ in equāte. ¶ Centrū est duplex: mediū qō p̄dictū est. Uerū est arc⁹ qui est a pūcto firmamēti in directo augis vsq; ad terminū linee designantis verū motū epicli: ꝛ differūt hec duo centra fm equationez centri: et sumitur ista eqtio cū centro medio quia fm ip̄m variat eqtio centri: ꝛ hec eqtio rectificat centrū ꝛ argumentū: ꝛ cū centro addit argumento minuit ꝛ econuerso ꝛ fit vtrūq; verū. ¶ Argumentum planete est distantia corꝛoꝛis planete ab auge epicicli. ¶ Equatio argumenti est differentia inter verū motū epicli ꝛ verū motū planete: ꝛ cum argumentuz verū est. o. idem est verus mot⁹ epicli ꝛ ver⁹ planete, sed verus planete maioꝛ est q̄; medi⁹ cū argumētū est min⁹ sex signis: ꝛ ideo vt medi⁹ fiat ver⁹ additur eqtio argumenti medio motui epicli: et cum est maius sex signis subtrahitur ꝓpter causam ꝺriam. Eqtiones quidez argumenti super medietatē superioꝛē epicli sunt minoꝛes equationib⁹ in medietate inferioꝛi ꝛ q̄ sunt in medio sunt maioꝛes his que super medium: vnde compatione inferioꝝ ad medias dicunt longitudinē pꝛopioꝛez ꝛ compatione ꝛ excessu medioꝝ ad supioꝛes dicunt longitudinē longioꝛē et maximā differentiam inter omnes reputauerūt. 60. minuta ꝛ reliquas differentias inuenerunt et receperunt de altera longitudinū fm pꝛopoꝛtionē minutoꝛū que posuerūt ad. 60. ꝛ quot ꝓꝓoꝛcionabilia inuenerūt inferius addiderunt: et quot superius subtraxerunt: quia quanto plus descendit centrū epicli ad oppositū augis tanto maioꝛ erit eqtio argumenti ꝛ ecōuerso: ꝛ ob hoc vbicūq; min⁹ est positū fit additio ꝛ vbi plus debito fit subtractio. Et quia q̄ncunq; eqtio centri est pars eqtionis argumenti tunc minuit̄ minoꝛ de maioꝛi ꝛ residuū addit̄ medio motui q̄ncq; nō est pars ꝛ tūc vna equatio addit̄ alteri ꝛ simul adduntur vel subtrahūtur medio motui vt docet tytulus. Et quia motus centri epicli trium superioꝝ ꝛ motus coꝛpoꝝ ipsoꝛum in epiclis cottidian⁹ equipollet medio motui ☉ diurno in suo ecētrico: ob hoc subtracto medio motu illoꝝ a medio motu ☉ remanet illoꝝ argumentuz .i. motus eoꝛum in epiclis ab auge media epicli: ꝛ subtracta auge illoꝝ a medio motu ipsoꝛum remanet centrum: quia centruz est distantia centri epicli ab auge equantis: sed medi⁹ motus est a capite ♈ in equāte. ¶ Aux ♄ est in ♐. 5. gradib⁹ ♌ in ♍. 14. gradib⁹. 30. minutis. ♂ in ♎. 5. gradib⁹. 51. minutis. Et ♄ epicli habet. 6. ꝛ dimidium: de quo medius sui equantis habet. 60. ♌. 11. ꝛ dimidium. ♂. 3. ꝛ dimidium.



LAtitudo planetarum est recessus eorum a zodiaco qui est via solis: et isti .5. duplicē habent latitudinez: vnam ex epiciculo qui declinatur ab ecentrico : aliam ex ecentrico qui declinat a via solis. Sed lune ecentricus semp distat vniformiter a via solis: ꝛ epicicls lune semper est in supficie ecētrici: ꝛ ideo luna vnam tm̄ habet latitudinem: ꝛ predicti quinq; habent scōas ☾Locꝰ ☊ draconis ♄ est. 3. 13. 12. 57. Mediꝰ motus est. 8. 16. 48. 0. ☾Locus capitis draconis ☋ est. 2. 23. 11. 0. Medius motus. 9. 7. 59. 0. Locus ☊ ♂. 0. 21. 54. 56. Medius motus. 11. 8. 6. 0. ☾Locꝰ ☊ ☌ 1. 29. 17. 18 Medius motꝰ. 0. 0. 0. 39. Locꝰ ☊ ☿. 0. 21. 10. 0. Medius motꝰ. 11. 8. 5. 0 ☌ epiciculi centrū tm̄ mouet cottidie in equante quantū ☉ in ecentrico suo Silr ꝛ ☿ quia illorū centra sunt semper cū ☉ ꝛ ideo medius ipsoꝝ motus ꝛ ☉ idez est. Sed centra corpoꝝ ipsoꝝ non sunt semper cum ☉ vnde nec ipsi

Veneris epicls habet.43.z sextam de quibus medietas sui eyntis habet.60
♀.22.z dimidium. Motus ergo illorũ quatuor predictorũ scz ♄ ♃ ♂ z ♀
sunt hi Epicicli ab oc. ad or. in ecentrico deferente sũ per centrum terre de
equante corporis in epiciclo. ¶ Item motus latitudinis extra viam ☉ z cũ
hoc motum habent octaue spere. ¶ Item motũ seu ra ptum cottidianũ ab
oriente in occidentẽ z econuerso:z sunt quinq;. ☿ ha bet preter hos motum
c.ecentrici ab oriente in occidens de quo statim dicam. ☾ entrum epiciculi
♄ cottidie quasi duo minuta perficit:corpus eius in epicic ulo.57. minuta.
Centrũ epiciculi ♃.5.minuta.corpus eius in epiciculo.54.minuta. Centrũ
epiciculi ♂.31.minuta.corpus.28. Centra epiciculoꝝ ♀ z ☿ tm̃ quantũ ☉
59.minuta.8.scda omni die:z cum ☉ redit ad c.epic iculoꝝ trium superiorũ
tunc ille suum perficit epiciclm:z ille cuius est centrum est in auge media:et
cum eis opponitur tũc est in oppositio augis: z in quadratura cum ☉ sunt in
medio epiciculi.

Mercuri⁹ habet totidē circulos quot habēt quatuor memorati. Motū hz in hoc diuersiz q⁹ centrū deferentis ei⁹ mouet cū firmamēto tm̄ ad occidēs quātū centrū epicicli ad oriēs. vñ centrū epicicli bis ē cū pūcto augis deferēt in anno sicut centrū epicicli lune bis est cū auge sui deferētis ī mēse. vñ accidit mercurio diuersitas eq̄tionū ꝛ lōgitudinis ꝛ appꝛopinq̄tiōis a terra ꝛ ad terrā ꝛ ex hoc diuersitas ī minut⁹ ꝓportionabilib⁹ qō facile apparet in figura q̄ ponit̄ in thoꝛica planetarū. Cētrū deferēt⁹ ē sup cētrū mūdi in duplo quātū cētrū equātis sup cētrū mūdi ꝛ ē cētrū deferēti s sup cētꝛ mūdi p. 9. gra. ꝛ sup cētrū equātis p. 6. ꝛ hec sūt cause diuersitatū int̄ mercuriū ꝛ alios. 4. p̄cedētes ꝛ coꝛp⁹ mercurij quottidie describit de suo epiciclo 3. q̄si grad⁹ ☾ Declinatio planetarū ē distātia cuiuslibet grad⁹ epicicli a supficie zodiaci posito cētro epicicli ī nodo. Reflexio planetarū ē distātia cui⁹libet grad⁹ epicicli a supficie zodiaci posito cētro epicicli ī maxia declinatione ecentrici. Qō hic dicit̄ intelliges q̄d qō dicit̄ in tractatu in theoꝛica planetarū in capitulo de retrogradatione.



Stationes planetarū designant p duas lineas exeūtes a ce/
tro terre ⁊ ptingētes epiciclū ex vtraq; pte. Prima statio est
pūctus contactus ppinquior augi in epiciclo ppingor in quā
fm motū corpis planete in epiciclo ⁊ arcus epicicli qui est ab
auge vsq; ad illū punctū est statio prima. Statio secunda est
aliꝰ punctus ⁊ arcus ab auge ad illum est statio secūda. Qđ
de epiciclo superiꝰ est directū est ⁊ quod inferiꝰ retrogradū est ⁊ dicte linee
plus includūt de epiciclo cū centrū epicicli est in auge ecētrici. Minꝰ cuz est
in oppositione augis ⁊ ob hoc arcus stationis prime crescit ab auge vsq; ad
oppositionē augis: ⁊ iō statio prima cū cētro iuenit qz ipm est elōgatio cen/
tri epicicli ab auge ecētrici ⁊ p primā habet secūda qz est residuū de epiciclo
quod est a statione secūda ad primā. Unde subtracta statiōe prima de. 12.
remanet scđa ⁊ qz arcus docet locū planete in epiciclo ppter hꝫ iuste fit colla
tio inter arcū ⁊ stationes vt sciat an planeta sit directus vel retrogradus vl
stationarius qui vult mutare tabulas pro alio loco q̄z p mūdi medio quod
ab oriēte ⁊ ab occidēte distat equaliter ⁊ a polo septētrionali ⁊ meridiano
per. 90. gradus subtrahat medium cursuz planetarū. Si locus suꝰ est ppin/
quior oriēti vel addat si occidēti fm horas distātie inter locū suū ⁊ mundi
mediū ⁊ hoc in annis collectis in sua radice ⁊ habet ciuitas arim in medio
mūdi esse. Distātias inter loca mūdi inuenies sic lunā obserua in arcu meri
diano ⁊ equa ipsaz p tabulas certi loci ⁊ p differentiā loci equati ⁊ loci lune
obseruati patet differētia inter loca ⁊ sic nō oportet te eclipsiz expectare ad
illud sciendū. Ad tēpus quod in tabulis nō est: mediū motū sic inuenies re
cipe radicē collectoꝝ ⁊ rursus in expansis annoꝝ inter medioꝝ qui sūt inᵗ
primū annū collectoꝝ ⁊ annū in quo tu vis scire ⁊ istū cursuz extrahe de ra/
dice si fieri pōt si nō addat radici vna reuolutio scz. 12. signa ⁊ residuuz est
medius motus planete quesitus.

¶ Tractatus tercius de probatione sciētie iudicioꝝ.

Questiones sūt eq̄les uumero his q̄cūq; vere scimꝰ q̄ sūt. 4. an
est: qđ est: quale est: ⁊ ppt qđ. Destruētes sciaz iudicioꝝ quidā
dicebāt qđ nō efficiebāt in rebꝰ aliqđ si enī efficerēt rē fieri nō
efficiebāt eandē destrui. Sz res i mūdo q̄ sūt infra circulū lu/
ne fiūt ⁊ destruunt. Quibꝰ nidet sic qz i hoc mūdo generatio
vniꝰ est destructio alteriꝰ ⁊ ecōuerso vt pz in igne cuiꝰ cōbustio
⁊ si est ligni corruptio carbonis tñ est generatio. ¶ Dixerūt alij q̄ planete si
gnificāt sup res vles vt sūt. 4. elemēta ⁊ sup genera ⁊ spēs sed nō sup indiui/
dua qđ nihil est dicere qz spēs i. indiuiduis ꝺseruant ⁊ habet homo appria
tate q̄tuoꝝ elemētoꝝ diuerso tpe oppositoꝝ cōuersionē augmētū ⁊ diminu
tionē: ex specie nihil de his habet: ex planetis hz ꝺcordiā aie vitalis ⁊ rōnal
cū corpe: ⁊ sol spāliter vitā sigt: ⁊ ideo cerebrū ⁊ cor cū pticipatione planeta/

rū:mercuriꝰ rōnē ⁊ locutionē:vñ linguā ⁊ os cū participatiōe planetarū:sa/
turnꝰ splenē:iupiter epar:mars sanguinē:venꝰ renes ⁊ decursuz spermatis:
luna stomachū. ¶ Tercia secta dicit qꝫ stelle nō pñt sup his q̄ sūt ad vtrūli/
bet qō etiā errox est:qz lz in naturalibꝰ sit necessitas ⁊ impossibilitas vt calox
in igne ⁊ frigꝰ in niue ⁊ hoiez volare ⁊ ignē frigidū esse:nō tñ sic est in his q̄
sūt a volūtate ⁊ ab electiōe imo sūt possibilia. Et ē possibile tripler vñ plꝰ hz
se ad eē q̄z ad nō eē vt obducti nubibꝰ pluere. Aliud eō vt ignobilē fieri re/
gē. Terciū eq̄liť ad vtrūq; vt hoiez ambulare. Et planete signt necessariū i/
possibile ⁊ possibile:astrologꝰ nō aspicit i necessarijs vt vtrū ignis sit calidus
nec i ipossibilibꝰ vt vtrū ignis sit frigidꝰ hz i rebꝰ possibilibꝰ. ¶ Quarta secta di
cit qꝫ stelle nihil pñt nisi i alterationibꝰ corpox. Sed ō rñdeť qꝫ alterationē
corpox seq̄ť resolutio elemētox ⁊ hāc generatio ⁊ corruptio iferiox si ģ stel/
le pñt sup primū pñt ⁊ sup ꝺsequētia. Scia enī ē fructꝰ isti scie vt scitis moti
bus circulox ⁊ planetarū sciať ꝓprietas ⁊ effectꝰ corpox i rebꝰ q̄ fiūt in hoc
mūdo ⁊ qui motus sciuerit ⁊ effectꝰ nesciuerit est filis ei q hz spēs ⁊ confecta
medicamina:sed nescit eis vti ⁊ quilibet talis istā sciam iudicioꝫ negat esse
ne dicať viā imꝑfecte scie nosci ⁊ aliā ignorare. ¶ Dixerunt q̄nti qꝫ nō scit ⁊
si quōdā deꝑhēsa sit sigtio planetaꝫ qz nō redibūt nisi post mlt̄os ānos ad
loca i qbꝰ erāt i tpe exꝑimētationis. quibꝰ rñdeť qꝫ sapiētes primi exꝑti sunt
⁊ suis posteri sufficieť exꝑta reliq̄rūt ⁊ isti obfuauerūt ⁊ iuenerūt qꝫ planeti
reuerf ad ꝑma loca idē seq̄bať ⁊ ad oēs diuersitates illa potueť applicari
¶ Sexta secta ōdixit qz fm diuersas tabulas iueniť diuersus planetaꝫ locꝰ
ģ icertū erit iudiciū:cui rñdeť sic. Astronomꝰ accipit naturā plāꝫ ⁊ ꝓpetates
eoꝫ ⁊ dñm signi vniuscuiusq; eoꝫ ⁊ sue exaltatiōis ⁊ dños triplicitati sue ⁊
loca i angul̄ ⁊ succedētibꝰ ⁊ casus ab āgulo:⁊ si ē i domo subē vel fratrū ⁊c.
si q̄tiōes eoꝫ sup climata ⁊ cet̄as eoꝫ sigtiones ⁊ pꝰ iudicat. ¶ Septima se/
cta scie iudicioꝫ ꝑ solā iuidiā ⁊ ꝓpt̄ iq̄sitiōis pigriciā ōdixit: ⁊ qz isti nulli sūt
nulla rñsio fiat illis:qz negatio nō dz ostrīgi nisi ꝑ qō vincať ⁊ venire cogať
ad veritatē ostātē. ¶ Octaua secta ōdicēs scie iudicioꝫ fuit inertia medico
rū q nō legerť libros antiq̄ꝫ ⁊ dicūt qꝫ scia medicine nō hz necessariū astroꝫ
sciaz imo ꝑ se certa ē ⁊ absoluta sz illi dicať nōne corruptio tpoꝫ corruptiōez
efficit corpoꝫ ⁊ diuersitas aeris ē in corpibꝰ cā alteratiōis. Sz ꝫ nō fiūt nisi
ꝑ fortitudinē motꝰ solꝰ ⁊ plāꝫ. Sz vos ꝫ repellit cū sciaz astroꝫ vob nccum
negat ģ cās corpoꝫ q̄s vos q̄rit ignorat ģ qō est ꝑ ꝫ futurū nescit ⁊ iā di
xit ypocras vr q̄t scia astroꝫ ē cā scie medicīe ⁊ nūqd medicꝰ itromittet se de
illiꝰ curatiōe de cuiꝰ fm sciaz astroꝫ despatū ē salute:⁊ certū est qꝫ ipos dies
treticos. i. determiatiōes egritudis obfuare oz vt sciāt fortitudinē ⁊ debili/
tatē augmētū ⁊ diminutionē morbi qꝫ scire nō pñt nisi ꝑ cursū lūe ⁊ ꝺplexionē
eiꝰ cū planeti:vñ cū sciaz tales astroꝫ repbāt semetipos vituꝑāt. Secta. 9. ō
dixit sic si hō copiosaz habuerit subaz qō eū ipedit nescire astrono. q lz eēnt

in ſua poſitione merito contẽnẽdi:tamẽ eis ſic reſpõdeaẽ homo eſt dignior ceteris animalib⁹ per ſapientiã ⁊ cogitationẽ ⁊ boni electionẽ ⁊ veri cognitionẽ ⁊ non per ſubſtantie poſſeſſionẽ ⁊ magna eſt hominis cognitio de p̃ſentib⁹ ſed p̃cipue de futuris ⁊ quanto plus homo recedit a ſapientia: tãto plus accedit ad bruta aĩalia. Sed cognitio futuroꝝ eſt p̃ ſciam aſtroꝝ non ergo eſt ſubſtãtia ſed futuroꝝ ſcia omnib⁹ alijs p̃ferẽda. ¶ Decima ſecta repulit aſtroꝝ ſciam ꝓpter errores frequẽtes in quos cadũt iudicantes. Sed nec hoc ſciam impedit quia illi errãtes ſunt ſciam ignorãtes. Sed ipſi ſic ſe temerarie numero ſapientũ applicãt vt famã ⁊ lucrũ ſibi cõquirãt neſciẽtes ea que ad iſtã ſciam ſunt neceſſaria. Aſtronom⁹ debet hoc ſcire que ſit natura planetarũ cõcordia ⁊ diuerſitas eoꝝ: diuerſitas climatũ ⁊ eſſe eorum diuerſitas elementoꝝ diuerſitas aĩaliũ ſeminũ metalloꝝ ⁊ mutatio eorũ ſm diuerſa climata que oĩa ſi predicti ſcirent in iudicijs non errarẽt. ¶ Repulſis ergo predictis erroꝛib⁹ ſcia veriſſime ponaẽ eſſe. Utilitas ei⁹ eſt preſcituꝫ euadere periculũ ſi hoc eſt poſſibile: ⁊ tunc vel totũ vel partem eius ⁊ ꝙ forte poſt temp⁹ ceſſabit: ⁊ ſi vitari non poſſit ſm hoc prouidere ⁊ in his etiam p̃ſcia eſt vtilis: quia grauitas meroꝛis ſubita ſubitaneã facit mortem nec ꝓpter terroꝛẽ futuri periculi preſciẽtia negligaẽ qꝛ omne gaudiũ huius vite finem recipit cum meroꝛe. ¶ Eſt aũt ſcia iudicioꝝ ſcientia eoꝝ que ſignificat fortitudo planetarũ in tempoꝛe noto ſuper tempus illud ⁊ ſuper tempus futurum. Et licet hec ſcientia per cõtradictiones remotas ſit poſita ⁊ diffinita tamẽ per effectus impreſſionũ corpoꝝ celeſtiũ in ea que ſunt ſub luna experimẽtis ſufficientib⁹ ⁊ rationibus a philoſophis eſt probata. ¶ Mult⁹ huius ſeculi ſubiecti ſunt vultibus celi. Mũdus terreſtris vnitus eſt mundi celeſti Omne quod accidit in hoc mundo fit ex fortitudine motus planetarũ ſup nos. Oĩs mutatio hui⁹ mũdi fit p̃ corpoꝛa ſupioꝛa. Planete operaẽ in elemẽtis ſeminib⁹ aĩalib⁹ ⁊ metallis. Sicut ignis operaẽ fumũ qui eſt in lignis in potẽtia educit in actũ: ita mot⁹ celeſtiũ coꝛpoꝝ generationẽ ⁊ coꝛꝛuptionẽ elemẽtoꝝ. Receptio poſſibiliũ eſt infra lune circulũ ⁊ hic mundus eſt qđ ſup lunã celũ ẽ: ab eq̃toꝛe ifra. 9. grad⁹ ⁊ a cãcro. 66. nihil generaẽ. Planete mouẽt inferioꝛa p̃ mediũ remotũ: nõ vt ignis ligna nec vt ignis mediãteva ſe: nec vt ſagitta in pulſa mouet alia. Sed vt magnes ferrũ. Cõpoſitio in diuiduoꝝ fit p̃ tp̃amentũ naturaꝝ. Tp̃amentũ naturarũ p̃ tp̃amẽtũ tẽpoꝛum Tẽpeꝛametũ tẽpoꝝ p̃ tp̃amẽtũ planetarũ tũc dñantiũ. Septẽtrionẽ habitãtes ſũt frigidi: multe carnis ebetes impij obliuioſi ꝓpter frigus. Qui habitãt inter arietẽ ⁊ cancrũ ſunt macri: criſpi: leues ⁊ ebetes ꝓpter caloꝛis exceſſum. Babilonia citra ꝓphetarũ eſt terra ꝓpter aeris temperiẽ. Planetaꝝ mutatio per ſigna mutat tẽpoꝛa. Significatio ſigni cõfortaẽ p̃ ſignificationem planete. ¶ Quadruplex fit mutatio aeris in die hoꝛa menſe ⁊ anno. Cũ dies ſunt maioꝛes q̃ noctes maioꝛ eſt acceſſio maris in die q̃ in nocte. Et ecõtrario ſole eunte ad mediũ celi oĩa aĩalia ſunt fortioꝛa. Mirt⁹ ⁊ alia

plurima planetarū genera in ortu solis dilatant. Et ecōtra mare qō est int constantinopolim t franciā ab ortu lune t in processu ad mediū celi crescit t ecōtra. Accessionis: aqua est calida: t recessionis frigida. Cū addit equatio medio motui lune crescit accessio t ecōtra. In cōiunctione luminariū t oppositione maior est accessio: in quadraturis minor: de quadraturis crescit ad illas decrescit. Cū luna descēdit inecētrico crescit accessio cum luna descēdit inlatitudine crescit accessio. Cū luna est in signis septētrionalibus crescit mare septētrionale et ecōuerso. Cū luna est i signis aquaticis maior est accessio. Cum luna est cum planetis descendentibus maior est accessio. Maria que multum remouentur a motu lune accessionem non faciunt: et que excurrūt t lacus extra faciunt et quib⁹ terra mollis est substracta. luna crescēte aialia sunt fortiora t pulciora q̄ decrescente: luna crescēte pili vngues lac cerebra t sputa magis crescunt q̄ econtra. Luna crescente natura morbo resistit forti⁹ q̄ ecōtra. Qualitas passionū scit p cōiunctiones t aspectus lune cū sole t cū alijs. Luna crescēte multa aīalia exeūt de habitaculis suis t pascunt t ecōtra. Mutatio aeris scit p cōiūctionē t aspectus lune: oē lingens t mordens forti⁹ lingit t mordet luna crescente q̄ ecōtra. Dēs arbores t plante magis proficiūt si plantent luna crescēte q̄ ecōtra. Messes t arbor fructus magis crescunt luna crescēte q̄ decrescēte. Metalla meli⁹ purgant: t gēme melius poliunt luna crescente q̄ econtra. Qui ad lunam dormierit corpus ei⁹ laxat: piger efficit: catarrus t dolor capitis generatur. Nō min⁹ quoq; pbat scia iudicior per ea q̄ dicent de reuolutiōib⁹ de aeris mutationib⁹ de natiuitatib⁹ questionib⁹ electionib⁹ t intentionibus vt magis cōtradicētiū stoliditas confutet t vt hec diuina scia ex suis fructibus inestimabilibus cōmēdabilis t admirabilis habeat t cōsequent ab omnib⁹ cum summo mentis desiderio apetatur.

¶ Tractatus quartus de introductorijs iudicior.

TRactatus iste quartus in partes quinq; diuidit. ¶ Prima est de signis t domib⁹. ¶ Secūda de planetis. ¶ Tercia de habitudine planetarū in se t ad signa. ¶ Quarta est de nominibus quor intelligētia ē in iudicijs necessaria. ¶ Quīta de ptibus planetar t domor t q̄rūdā alior. ¶ Signa sūt. 12. vt superi⁹ posita sūt q̄r triplicitates sunt q̄tuor. Nā alia sunt ignea

Aries Leo Sagittarius c 3

¶ Alia terrea Taurus

Virgo

Capricornus.

¶ Alia aerea Gemini

Libra

Aquarius.

¶ Alia aquea Cancer

Scorpio



Pisces

¶ Eti extremis bñ sũt locata ignea t aquea q̃ sũt opposita. Sz terrea iuxta ignea qz siccitas ẽ lima caloris t sic aereis terciꝰ remãsit locꝰ. Que ab ♈ sũt in libꝛã septẽtrionalia qz citra eq̃torẽ oriũt. A ♎ in arietẽ meridionalia qz vltra eq̃torẽ oriũt. ¶ ♈ est masculinꝰ ♉ feminiꝰ t sic de ceteris oibꝰ. ¶ Signa mobilia sũt. 4. ♈ ♋ ♎ ♑. Fixa. 4. ♉ ♌ ♏ t ♒. Loia. 4. ♊ ♍ ♐ t ♓ Et mobilia signãt celeritatẽ. fixa stabilitatẽ. cõia alterationẽ. Directe ascendẽtia sũt. 6. a ♋ ad ♑. tortuose a ♑ in ♋. Obediẽtia sũt rectis torta vt ♋ ♊. ♉ ♌. t silr de alijs. Concordãtia sunt q̃ equaliť distãt a capite arietꝭ. t hec hñt eq̃les ascẽsiones. Ignea t aerea sũt calida diurna masculina. Terrea t aq̃a sũt frigida noctꝛna feminea. ¶ ♈ sig̃t aialia domestica. ♉ feras hũanas. ♊ hoies. ♋ aq̃tica. ♌ siluatica. ♍ hoies. ♎ hoies. ♏ agrestica. ♐ ꝑma medietas hoies. ♑ aialia siluestria. ♒ hoies. ♓ pisces. ¶ Rõnalia. i. hũana sũt ♊ ♍ ♎ et ♒ et ♐ ꝑma ps. Domestica sũt ♈ ♉ ♑. Luxuriosa sũt ♈ ♉ ♌ ♑. Paucoꝝ filioꝝ sũt ♈ ♉ ♎ ♐. Multoꝝ ♋ ♏ ♓. Steria ♊ ♌ ♍ t initiũ tauri. Gemelloꝝ sũt cõia t postrema medietas capcorni ♐ est magnatũ. ♒ ꝑnobiliũ. ♑ ♎ ♐ medioꝝ. ♈ t ♊ cũ suis triplicitatibꝰ

sũt nobiliũ. ♉ ♌ cũ suis triplicitatib⁹ ignobiliũ. ♎ spāliť anguſtuoſus eſt ♓ pedogrā signat Honeſtas mulieres sigñt signa fixa. Mobilia significāt instabiles. Lõia medias. Abscisox mẽbrox sũt ♈ ♎ ♏. Uociferātia sunt ♊ ♍ ♑. Media in hoc ♈ ♉ ♎ ♐. Debilia ♄ ♒. Uoce carẽt ♋ ♌ ei⁹ tripli citas. Et si in ntitate ibi fuerit dñs ascẽdẽtis vel luna vł almutes impediet lingua nati ♌ erit forte surdus ♌ balb⁹. Oculox dolorẽ sigñt pliades tauri: ♌ nubes cãcri ♌ spine scorpiõis: ♌ sagitta sagittarij: ♌ cauda capcorni. Casus aque in aq̃rio. flegmonẽ sigt oculox. ♌ ♑ ♌ ♎ fortasse oculos impediũt. Si gna discipline ♌ calliditat; sũt ♎ ♐ ♄ ♌♒. Merorꝛis signa sũt ♎ ♏ ♄. Et signa merorꝛis sũt tenebrosa ♌ in ♍ ♌ ♑ tenebre sũt modice. Aues sigñt ♊ ♍ ♐ ♓ ♌ facies scda capcorni q̃ vultur volãs est ibi ♌ cauda galline. Qua drupedũ sũt ♈ ♉ ♎ ♌ postrema sagittarij medietas ♌ pma capcorni. Ser pentũ sũt ♋ ♏ ♐ ♌ ♄ ♌ scorpionũ ♌ repẽtiũ ♌ oim terre inũdox. Arbox lõ garũ sũt ♊ ♎ ♑ ♌♒: ♌ aliarũ ♋ ♏. Et vltima medietas ♓. Sementũ sũt ♉ ♌ ei⁹ triplicitas. ♉ plãtatiõis. ♍ incremẽti. ♄ collectiõis. Medietas so lis ẽ a leone ĩ aq̃riũ reliq̃ est lune. Medietas calida ẽ ab ariete ĩ libꝛã vltra frigida. Medietas ascẽdẽs ẽ a medio celi in quartã domũ descendẽs a q̃r ta in decimã. Quarta ab ariete in cãcrũ est calida ♌ hũida: In libꝛã calida ♌ sicca. In capꝛicornũ frigida ♌ sicca. In arietẽ frigida ♌ humida. Quarta oriẽtalis est a medio celi in primã ♌ est masculina meridiana. A septima in mediũ celi ♌ est feminina occidẽtalis. A quarta in septimã masculina septẽ trionalis. A prima in quartã ♌ est feminina. In q̃rta oriẽtali sigñt hoꝛe: in meridiana mẽses: in occidẽtali anni: in septẽtrionali dies: qꝛ medietas ascẽ dẽs est velox: ♌ descẽdẽs est tarda. Et ascẽdẽs medietas est a decima ĩ q̃r tã. Descẽdẽs a q̃rta in decimã. Et oĩa signa vbiq̃ mediãt celũ vt in circnlo recto. Et sub linea eqnoctiali silr ascẽdũt ♈ ♓ ♑ ♍. Jtẽ ♉ ♒ ♎ ♏: ♌ si militer ♊ ♄ ♋ ♐. Ascẽsiones equatoꝛis cũ signis quox grad⁹ dicunt eq̃ les in climatib⁹ vide in tabulis ascẽsionũ ꝑ climata. ¶ Prima q̃rta sigt aiaz ♌ in coloꝛib⁹ albũ. Secũda nec corp⁹ nec aiaz ♌ i coloꝛib⁹ viride. Tertia q̃rta corp⁹ ♌ aiaz ♌ nigrũ. Quarta corp⁹ tñ ♌ rubeũ. Et q̃tuoꝛ q̃rt; rñdẽt. 4. elemẽ ta ♌. 4. plage mũdi. ♌. 4. venti. ♌. 4. etates. Puericia ♌ iuuẽtus virilis etas ♌ senium: ♌ q̃rte diei ♌ q̃rte noctis Dicũt alıq ꝙ hoꝛe sanguinis sũt ab hoꝛa de cima noctis vsq̃ ad hoꝛã quartã diei. Jnde. ♃. colere. Jnde melãcolie. ♃. Jnde flegmat;. ♃. A dñica mũdus icepit ♌ ascẽdebat sol ĩ ꝑmo mĩto ariet;. ¶ Aries hꝫ caput ♌ faciẽ: germaniã ♌ britaniã. ¶ Thaur⁹ collum arboꝛes ♌ plantas: asiã paruã. ¶ Gemini hũeros ♌ bꝛachia: armeniã magnã ♌ egyptũ ¶ Lancer pect⁹ ♌ pulmonẽ: affricã babiloniã ♌ franciã. ¶ Leo coꝛ latus sto machũ ♌ doꝛsuz: turkiã ♌ damascũ. ¶ Uirgo femoꝛa ♌ vẽtris inteſtina. ♌ te lã ♌ greciã. ¶ Libꝛa arboꝛes ꝓceras lũbos vmbilicũ pectinẽ; authas loca al

ta ⁊ terrā romanoꝝ ⁊ ethiopiā ⁊ maximā. ¶ Scorpio vereda ⁊ testiculos ve/ sicā ⁊ anū ⁊ venationes: arabiā ⁊ carasiuz. ¶ Sagittarius hz coxas mōtes ⁊ lo ca igniū: hispaniā siciliā viridaria ⁊ philisti. ¶ Capricornus genua ⁊ macedo niā. ¶ Aquarius crura tibias ⁊ occidētē ⁊ flumia uineta ⁊ syriā. ¶ Pisces pe des ⁊ ptes septētrionales ⁊ alexādriā ⁊ angloꝝ terrā. Que ex his sūt ignea significāt montes. Que terrea sup loca culta. Que aerea sup loca arenosa. Que aquea super loca humida ⁊ aquosa.

Omus sunt. 12. ¶ Prima est domus cuius iniciū oriť vl' ascēdit in oriēte hora interrogationis vel ntītatis seu inceptiōis alicuius opis. Et hec sigt vitā ⁊ debilitatē vite qz est ascīs vite illi⁹ eo qꝺ puenit ei⁹ vitā dū exiret de vētre matris sue. Ascēdit enī hoc si/ gnū ab iferiori pte terre ad supiora illi⁹ ⁊ a tenebris ad lumen hui⁹ seculi ⁊ de angustijs vteri ad latitudinē aeris. Et ostēdit interrogās in terrogationē suā ex secreto cordis sui luxitqꝫ ⁊ patefacta est q̄ pri⁹ fuit occul ta sigt g̊ corpa ⁊ vitā ⁊ oē initiū ⁊ motū. Hui⁹ dns ⁊ luna si fuerint impediti cōiūctione q̄rto aspectu vel aspectu oppositō maloꝝ ⁊ fortuna si iungiť a q̄r to malū totum soluiť. ¶ Scꝺa subaz ⁊ ei⁹ cōgregationē ⁊ thesaurizationē ⁊ cām vict⁹ ⁊ eē illi⁹ dnationē ⁊ acceptionē. ¶ Tercia frēs ⁊ eoꝝ esse soroꝝ se/ niorū ꝓpinquoꝝ. ¶ Quarta patres carcerē edificia terre occulta thesauros mortē ⁊ qꝺ sequaťr sepulturā ⁊ cōbustionē. ¶ Quita filios delectatiōes ⁊ le gatos. ¶ Sexta infirmitatē seruos ⁊ mutationē de loco ad locū. ¶ Septīa cōtētiones mulieres ⁊ cōtrarietates. ¶ Octaua mortes interfectiones p̄ce/ pta ⁊ substātias mortuoꝝ. In hac domo planeta dr̄ homicida: ⁊ fortūa ibi nec bonū nec malū facit: mal⁹ ibi maguificat malū ¶ Nona ꝑgrinatiōes re ligiones sōnia diuinatioues. ¶ Decia sublimitatē regnū iudices nobilitatē gloriā audaciā magisteria opa ⁊ matres. ¶ Undecia fiduciā fortunā ami/ coꝝ laudē ⁊ ministros. ¶ Duodecima limitatē inimicos labores ī fructuo/ sos ⁊ animalia. ¶ Et prima. 10.7.4. sūt augulares seu cardines. Secunda 5.8.⁊. 11. succedentes. Duodecima. 9.6.3. cadētes seu recedentes. Et pla/ neta post angulum infra quinqꝫ gradus est similis illi qui est in angulo. ¶ Dixit cehenebeth israhelita. fortior omnibus locis circuli est ascendēs: et hoc signum est dignius omnibus signis: ⁊ planeta qui in eo fuerit est fortior oibus planetis maxime si fuerit in domo sua vel exaltatione vel triplicitate aut termino vel facie sua. Deinde succedit in fortitudine angul⁹ celi: deinde angulus occidentalis .i. septimum ab ascendente: postea angulus terre .i. quartuz ab ascendente: post hoc sequitur in fortitudine domus vndecima: deinde qnta: postea nona. Hec sunt loca bona ⁊ fortia: inter que prim⁹ loc⁹ est melior scō: scōs tercio ⁊c Et eligitur post hoc tercium ab ascendente eo qꝺ sit loc⁹ gaudij lune: deinde locus scōs ab ascendente eo qꝺ ascendat post ascendens. In octauo autem signo est infortuniū: quia est domus mortis. Sextum vero ⁊ duodecimum sunt pessima: ⁊ planeta in eis non proficit.

¶Signa distribuũtur inter planetas sic vt vnicuiqꝫ denꝰ duo:soli vnũ:lune vnum:marti ♈ ♏:veneri ♉ ♎:mercurio ♊ ♍:ioui ♐ ♓:saturno ♑ ♒:soli ♌:lune ♋. Et he sunt domus planetaꝝ. ¶Exaltationis solis locus ♈ est. 19.gradꝰ:lune ♉.3.capitis draconis lune ♊.3.iouis ♋.15.mercurij ♍.15.saturni ♎.27.martis ♑.28.veneris ♓.27. ¶Termini planetarũ sunt hi:et sunt Hermetis:ꝛ per eos iudicat Albumasar.

In arite iouis.6.veneris.6.mercurij.8.martis.5.saturni.5.
In ♉ ♀.8. ☿.6. ♃.8. ♄.5. ♂.3.
In ♊ ☿.6. ♃.6. ♀.5. ♂.7. ♄.6.
In ♋ ♂.7. ♀.6. ☿.6. ♃.7. ♄.4.
In ♌ ♃.6. ♀.5. ♄.7. ☿.6. ♂.6.
In ♍ ☿.7. ♀.10. ♃.4. ♂.7. ♄.2.
In ♎ ♄.6. ☿.8. ♃.7. ♀.7. ♂.2.
In ♏ ♂.7. ♀.4. ☿.8. ♃.5. ♄.6.
In ♐ ♃.12. ♀.5. ☿.4. ♄.5. ♂.4.
In ♑ ☿.7. ♃.7. ♀.8. ♄.4. ♂.4.
In ♒ ☿.7. ♀.6. ♃.7. ♂.5. ♄.5.
In ♓ ♀.12. ♃.4. ☿.3. ♂.9. ♄.2.

¶Triplicitatis ignee sunt dñi ☉ ♃ in die:ꝛ nocte econuerso ꝓticeps ♄. Terree ♀ ꝛ ☽ in die:in nocte ecõuerso ꝛ ꝓticeps ♂. Aeree ♄ ꝛ ☿ in die:in nocte econuerso ꝛ ꝓticeps ♃. Aquee ♀ ꝛ ♂ in die:in nocte ecõuerso particeps ☽. ¶Facies tres habet qꝫlibet signũ que cõstat ex. 10.gdibꝰ. Dñi facierum ♈ sunt ♂ ☉ ♀:thauri ☿ ☽ ♄ ♇ ꝛc.ꝛ sic extende per oẽs facies signorũ:ꝛ cũ tibi planete deficiũt incipe ab eis a capite. ¶Et cũ planeta est in domo sua est vt homo in domo ꝓpria:in exaltatõe tanqꝫ rex in regno:in termis tanqꝫ inꝰ pentes:i triplicitate tanqꝫ inꝰ fautores:i facie tanqꝫ in suo magisterio ꝛ ope ¶Et planeta i domo sua fortitudies hz.5.in exaltatõe.4.ꝛ sic descendẽdo vsqꝫ ad vnã. ¶Qui gradꝰ signoꝝ sint masculini vel feminii sequitur

♈ masc. 8 femi. 1 masc. 6 femi. 7 masc. 8
♉ femi. 5 masc. 6 femi. 6 masc. 4 femi. 3 masc. 6
♊ femi. 5 masc. 11 femi. 6 masc. 4 femi 4
♋ masc. 2 femi. 6 masc. 2 femi. 2 masc. 10 femi. 4 masc. 4
♌ masc. 5 femi. 3 masc. 7 femi. 8 masc. 7
♍ femi. 8 masc. 4 femi. 8 masc. 10
♎ masc. 5 femi. 10 masc. 5 femi. 7 masc. 3
♏ masc. 4 femi. 10 masc. 3 femi. 8 masc. 5
♐ masc. 2 femi. 3 masc. 7 femi. 12 masc. 6
♑ masc. 11 femi. 8.masc. 11
♒ masc. 5 femi. 10 masc. 6 femi. 4 masc. 2 femi. 3
♓ masc. 10 femi. 10 masc. 3 femi. 5 masc. 2

¶ In predictis gradibus masculinis cum fuerint planete significāt rei fortitudinem. In feminis vero debilitatem.

♈	t3	l5	t8	l4	t4	l5	v1
♉	t3	l7	v2	l8	v5	l3	t3
♊	l7	t2	l5	v3	l6	t7	
♋	t7	l5	t2	l4	t2	l8	t2
♌	l7	t3	t6	v5	l9		
♍	t5	l4	v2	l6	t4	l7	v2
♎	l5	t5	l8	t3	l7	v2	
♏	t3	l5	v6	l6	t3	l5	t2
♐	l9	t3	l7	t4	l7		
♑	t7	l3	t5	l4	t3	v4	l5
♒	t4	l5	t4	l8	v4	l5	
♓	t6	l6	t6	l4	v3	l3	t2

¶ Item l lucidos: t tenebrosos: v vero vacuos denotat.

¶ Et planete in gradib⁹ lucidis fiūt bonū pulcritudinē lucrū ⁊ fortunam in tenebrosis duriciē tarditatē ⁊ rem horribilē. In vacuis horribile modicū

¶ Sunt quoq; gradus in signis qui putei noiantur in quib⁹ planete boni debilitantur in significatione sua: ⁊ mali in malicia sua: ⁊ fortassis significant fortunam accidentalem: ⁊ fortassis malorum malicia confortatur.

¶ ♈ putei sunt grad⁹. 6. 11. 17. 24. 25. ¶ ♉. 5. 12. 14. 24. 25. 26. ¶ ♊. 2. 12. 17. 26. 30. ¶ ♋. 12. 18. 24. 26. 30. ¶ ♌. 7. 13. 15. 22. 23. 28. ¶ ♍. 8. 13. 16. 21. 25. ¶ ♎. 1. 7. 20. 30. ¶ ♏. 8. 17. 22. 27. ¶ ♐. 7. 12. 15. 24. 27. 30. ¶ ♑. 2. 7. 17. 23. 24. 28. ¶ ♒. 12. 17. 19. 24. 28. ¶ ♓. 4. 8. 24. 27. 28.

¶ Sunt etiam gradus augentes fortunam in signis.

¶ In ♈. 19. ¶ In ♉. 3, 15. 27. ¶ In ♊. 11. 5. ¶ In ♋: 1. 2. 7. 15. ¶ In ♌. 2. 5. 7. 19. ¶ In ♍. 3. 13. 20. ¶ In ♎. 3. 5. 13. ¶ In ♏. 5. 18. 20. ¶ In ♐. 12. 20. ¶ In ♑. 12. 13. 24. ¶ In ♒. 4. 16. 17. 20. ¶ In ♓. 13. 15. Cum enim in his gradib⁹ fuerit significatores vt luna vel pars fortune vel fuerit ascendentes fortunant ⁊ sublimant.

¶ Sunt etiam gradus qui dicuntur azimene id est debilitationis.

¶ In ♈. 6. 7. 8. 9. 10. ¶ In ♉. 8. 9. ¶ In ♊. 15. ¶ In ♌. 15. 27. 28. ¶ In ♍. 19. 29. ¶ In ♐. 17. 18. 19. ¶ In ♑. 27. 28. 29. ¶ In ♒. 18. 20.

¶ Et sunt in signis quidā gradus qui dicunt azimena corpis vt est surditas cecitas amissio membrorū: cū luna fuerit in eis in natiuitate alicuius pueri vel planeta. ¶ In ♉. 7. 9. 10. 11. ¶ In ♋. 7. 11. 12. 13. 14. 15. 16. ¶ In ♌ 19. 28. 29. ¶ In ♍ 10. 19. 20. ¶ In ♒. 10. 19. 20. B ē fm abrahā auēsehyer alibi. ¶ In ♉. 6. 7. 8. 9. 10. ¶ In ♋. 7. 9. vsq; ad. 15. inclusiue. ¶ In ♌. 18. 27. 28. ¶ In ♍. 19. 29. ¶ In ♐. 17. 18. 19. ¶ ♑. 26. 27. 28. 29. ¶ ♒. 18. 19



¶Secunda pars introductoriorum de naturis planetarum.

SOl potestas diei est fortuna caliduſ ⁊ siccus temperate:habet potestatē in anima ⁊ vita ⁊ honore:⁊ in dextra corporis parte tota in corde ⁊ cerebro in oculo dextro in die:in finistro i nocte:bonus est in aspectu ✶ ⁊ △ :malus est in □ ⁊ oppositō:masculinus fortior omnibus planetis.Color eius est albus:sapor eius dulcis:splendor eius. 12.graduū ante ⁊ retro:significator anime vitaℓ ⁊ mundane:⁊ purgatiōis corporū interius ⁊ exterius:⁊ auri plurimi.¶Cōplexus cum ☿ significat villicationem: si ♃ principatum in fide ⁊ religione: si ♂ ducatum exercitus:si ♀ regnum ⁊ mulieres:si ♄ cosiliatores ⁊ libros:si ☽ legatos.In viris oculum dextrum:in mulieribus finistrum: ⁊ habet cor medullam ⁊ femora:morbos in ore:descensum aque in oculum:ſm indos si est in ascendēte habebit signum in facie: ⁊ ſm dorotheū capillos rubeos aliquantulum:et oculos aliquantulum croceos: et est significator laudum regum potestatū ⁊ patrum.Anni potestatis fridarie sunt .10. anni maximi sunt. 1461 .magni. 120.medij.39.⁊ parui. 19.

Luna

LUna fortuna femina legit ⁊ significat corpora ⁊ semina:⁊ cū fortuna significat honestatez ⁊ dominiū ⁊ obsequium. Cum ♂ studium sussurandi:cum ♄ inuidiam:cum ☉ dispositionez regalium cum ☿ sapientiam:⁊ habet in nocte oculū dextrum in die sinistrū ⁊ plantationē. Cum ♄ merorem:cum ♃ rōnem cum ♂ iram et celeritatem:cum ♀ gaudium et ludum:cum ☿ disciplinam. Color eius subalbus:natura modicum frigida ⁊ humida. Qualitatē aeris ſm quartas mensis ponā in tractatu de mutatione aeris habet matres sorores et vxores hominis stomachum ⁊ pulmonē:partem in cerebro:et sinistram partem hominis mediaz:oculum dextrum in nocte et econtra:potēs in infirmitatibus inceptionibus interrogationibus ⁊ cogitationibus in vaccis pecudib⁹ ⁊ argēto. ¶ Luna impeditur si eclipsatur:⁊ grauius si in signo radicis fit cōbusta:vel sub radijs si inuenta si ɔiuncta mal'. Si in. 12. domo

si cū capite aut cauda infra. 12. gradꝰ. Si descendēs in meridiē: si in via cō busta: si in fine signorum in terminis malorū: si cursu vacua: si cursu tardior .i. minor cursu medio. Si in domo. 9. ab ascendente ante ꝛ retro radij eius sunt. 12. graduū. Anni frigidarij sunt. 9. anni eiꝰ maximi sunt. 520. maiores 108. medij. 39. ꝛ minores. 25. ¶ Luna significatrix est omnium: ꝛ cōmittit suam dispositionem ei super quem proijcit radios: ꝛ mutat suum esse ad eū cui coniungitur. Et ille est receptor dispositionis ꝛ ipsa delatrix: ꝛ pulsat eis ꝛ defert de quibusdaz ad alios. ¶ Luna in cursu vacua impedit ꝛ ambulat Lune coniunctio sigt futurum scōm dispositionem recipientis. ¶ Planeta non dicitur impeditus nisi cum malus proiscit radios super lumen suum: ꝛ cum transierit per gradum perfectū non impedit bonū: ꝛ similiter de bono est: ꝛ impediens ab ascendente cadens non impedit: bonus in bono similiꝫ ¶ Luna cum est in vno minuto cū planeta sigt futurum a planeta cui con/ iungitur.

Saturnus est masculin⁹ diurn⁹ frigid⁹ ⁊ siccus :nō mutat frigiditatem:ga q̄litas est actua sed siccitatē:ga est passiua ⁊ sua est vltīa etas hoīs:⁊ melancolia ⁊ est multe comestionis:vere dilectiōis:ꝑfundi ꝯsilij. Et habet cultū terrax: ⁊ primū clima aurem dextrā ⁊ splenē:⁊ facit ingeniosuz ⁊ seductorē:⁊ habet colorē nigrū ⁊ erūnosos:et habet posse in patre ⁊ illus imputredinis ⁊ fetentib⁹:gustū acetosum:iufortunat⁹ est ⁊ īmundus et anxiosus longox morbox ex melancolia ⁊ flegmate passiuo melancoliā facit: ⁊ maniam compedem ferreā captiuitatē in locis nigris ⁊ foueis ⁊ solicitudinem malā mortē in flumine vel ruina ponderū vel lapidationē vel morsu ferarū nequā vires dat homini:habet plumbū asinos ⁊ porcos ⁊ seruos:⁊ fallaces Malignat' in signis femineis in oppositō domox suarū ⁊ descēsione sua: et parū corrūpitur a planetis:⁊ luna plurimuz:⁊ eius opera sunt odiosa:et sīgt mortē significatione natali:vnde marte deterior est. Et si orientat' est a sole super terrā bon⁹ est in se ⁊ in loco suo significat fortunā fixā ⁊ in ascendente in corpore:in domo secunda in substantia sīl'r in alijs domib⁹. Et ipse cum pliadibus caristiam ⁊ famem significat:⁊ mutans signū facit ⁊ ignea signa Lux eius ante ⁊ retro.9.gradus. Anni fridarie eius sunt. 11.anni eius maxini.270.magni.57.medij.33.parui.30.

Iupiter

Iupiter est fortuna masculinus diurnus calidus ⁊ humid⁹ significator legis ⁊ substantie abundantis: significat aiam vitam religionē patientiā fidem ⁊ bonum: ⁊ fortuna futuri seculi fit per fidem. Habet partem in corde ⁊ epate: eius est auris sinistra. Color eius est viridis: eius est stannum frumentum ⁊ ordeum. Sidus est veritatis ⁊ constantie. Si ♃ cōplectitur ♄ facit nigromanticos incantatores exorcistas Si ♂ scientiam medicine: si ☉ scientiaz secretarum ⁊ prudentiā disputandi: si ♀ musicam: si ☿ scientiam astronomie ⁊ arismetrice: si ☽ scientiam dispu/tationis dispositionis aquaz . Lux eius ante ⁊ retro. 9. gradus. Anni fri/darie eius sunt. 12. Iupiter aspiciens malum vertit naturam eius in bonū: hoc non potest ♀ nisi aspiciat ♃: ♃ soluit maliciā ♄ Et ♀ ♂. Anni eius ma ximi. 429. magni. 79. medij. 45. parui. 12. ⁊c.



Mars est masculinus nocturnus malus calidꝰ ⁊ siccus: et sigt frēs ⁊ finē iuuentutis: magisteriū ferri: ⁊ magis si cōplectitur ei ♄ ⁊ balneatores ⁊ ferrarios ⁊ furnariosſ: si ♃ ei cōplectitur opus eris: si ☉ percussorem nūmoꝝ: si ♀ ornamenta mulierū si ☿ acus: si ☽ lanā: eius est aurꝯ dextra epar ⁊ canes ⁊ aīalia venenosa cōtiumelie occasiones per ferrū: hoīes supbi yiuri derisores: morbi ex sanguine combustiōe: apostemata: casus ab alto. sapor eius amarꝰ: colorꝝ rubeꝰ: narem dextrā. lux eius ante ⁊ retro. ſ. g̃. Anni fridarie sunt. 7. anni maxumi. 280. magni. 55. medij. 20. et parui. 15. ¶ Mali planete malū signāt: ꝓpter excessuꝝ frigoris ♄ : ⁊ caloris ♂. Bonus receptꝰ a malo in domo vel exaltatiōe sua refrenat maliciā eius. Et silr cū aspiciūt eos boni △ aspectu. ¶ Fortune tpate sunt: ⁊ ideo semp p̄stant bonū ⁊ melioꝰ cū recipiunt: ⁊ vbicūqꝫ videris bonū dic bonū ⁊ ecōtra. Mali pegrini augēt malū: boni sic minuūt bonū. ¶ Planeta in descensione sua sigt iniusticiam tristiciā carcerē ⁊ angustiā. ¶ Retrogradꝰ inobedientiā ꝺtentionē ⁊ discordiam. Et planeta habet tres gradꝰ fortitudis sue: vnū in quo est: aliū ante: terciū pꝰ. Abscidit corpꝰ aspectū ⁊ nō ecōuerso: sed nō aspectꝰ aspectū:: sed p hibet effectū. Planeta malꝰ oriētal' mane a ☉ in domo vel exaltatione sua non ꝺiunctus malo melioꝝ est bono impedito.



VEnus est fortuna nocturna mulierū matrū instrox ludox ornamētox fornicationū vestiū cōmestionū ebrietatum musice. Si cōplectit ei ♄ planctū mortuox: t cantū edificātiū domos Si ♃ cantū religiosox in locis dei omnipotētis. Si ♂ cantū plioz t litigationis. Si ☉ sciaz canēdi coram regib⁹. Si ☿ cō positionē versuū. Si ☽ cantus viatox. Habet morbos vētris t genitaliuz aurē sinistrā t renes. Sapor ei⁹ dulcis. Color albus. Sidus pulchritudinis in corpe t in facie ei⁹ est auris sinistra: Lux ei⁹ ante t retro. 7. grad⁹. Ei⁹ sūt ficus t cameli t vites t es rubeū. Anni fridarie. 7. anni maxīmi. 584. magni. 45. medij. 25. parui. 8.



MErcuri⁹ cōmixtā habet naturā ꝫm eū cui cōplectit̄ t sigt sapiētiā. Si saturno sigt numeros t mēsuras. Si ♃ studiū in diuinis libris. Si ♂ animū in solidis exercitiū. Si ☉ munerū regū. Si ♀ munerū cordarū t fistularū. Si ☽ numerū. Habet linguā os t fel. Et hoies longox digitox. Sapor ei⁹ t calor

diuersificant Et ē sidus pueroꝝ ꝛ oim aialiū paruoꝝ. Habet posse in aia rō nali in sciētijs ī scribis ꝛ ī verbis breuib⁹. Sapiētia mercurij opponit ludis veneris: ꝛ sapiēs puipēdit subam qꝫ cōcupiscētia subē ɔtraria est cōcupiscē tie sapiētie. Lux ei⁹ē ante ꝛ retro p. 7. gra. Anni fridarie. 13. Anni ei⁹ maxi/ mi. 115. Magni. 75. Medij. 28. Parui. 20. ¶ Planete sūt boni ꝛ mali nō p naturā suā sed per ꝓprietatē suaꝝ operationū ꝛ sol est fortunacioꝛ oibus planetis. inde ☽. inde ♃. inde ♀ ☿ cōmiscibilis. ♄ ꝛ ♂ mali sunt. ¶ Ca/ put draconis est de natura ♃ ꝛ ♀ fortunat ꝛ auget cū bonis ꝛ malis. Ca/ put auget vitā pecuniā honorē qñ est cū fortuna. Cauda ecōtra. Draconis cauda est de natura ♄ ꝛ ♂ ꝛ semp minuit. ¶ Gaudet ☿ in ascendente ☽ in. 3. ♀ in. 5. ♂ in. 6. ☉ in. 9. ♃ in. 11. ♄ in. 12. Gaudet enī in lamētatione ꝛ planctu ac tribulatione q̄ p. 12. signant. ¶ Cū puer est ɔceptus primo mē se ꝓpreest ♄ ꝛ coagulat semē. secūdo ♃ ꝛ inspirat spiritū. tertio ♂ ꝛ dat san guinē. quarto ☉ ꝛ dat vitā. quinto ♀ ꝛ distinguit sexū. sexto ☿ ꝛ aptat cor pus ꝛ foramina ipsi⁹. septimo ☽ ꝛ cōplet puer. in octauo mēse si nascit̄ de/ struit̄ qꝫ saturno tradit̄. in nono bene cōplet̄ qꝫ ioui. ¶ Cuꝫ natus fuerit in primis quatuoꝛ annis preest ☽. inde ☿ p. 10. ♀ p. 8. ☉ p. 20. ♂ p. 15. ♃ p. 12. ♄ ad finē. Sed hec duo magis ptinēt natiuitatib⁹. ¶ Planetis de/ putant̄ hoꝛe diei ꝛ noctis sic incipe a die dñica in oꝛtu solis ꝛ da primam hoꝛā soli: secūdā veneri: ꝛ sic p ordinē ꝛ cū planete deficiunt incipe a primo ꝛ sic inuenies semp primā hoꝛaꝝ illi⁹ planete cui⁹ dies est. ¶ Jupiter diligit oēs planetas ꝛ oēs eū ꝑter ♂. Venus diligit oēs ꝛ oēs eā ꝑter ♄. Satur/ nū diligit ♃ ☉ et ☽. ꝛ odit eū ♂ et ♀. Venus diligit ♂ tali⁹ odiūt eum ꝛ plus ♃ ꝛ ☉. Solē diligit ♃ et ♀. ꝛ odit eū ☿ et ☽. Mercuriū diligit ♃ ♀ et ♄ ꝛ odit eū ☉ ☽ et ♂. Lunaꝝ diligit ♃ ♀ et ♄ ꝛ odit eum ♂ et ☿. Caput diligit ♃ et ♀ ꝛ odit eum saturnus ꝛ mars. Caudam econtra. Est etiā inimicitia planetarū per oppositionem. ¶ Planetis deputant̄ climata primū ♄ ꝛ est indoꝝ. secūdū ♃ ꝛ est ethiopū. tertiū ♂ ꝛ est egyptioꝛū. quar/ tū ☉ ꝛ est babilonienſiū. quintū ♀ ꝛ est romanoꝝ. sextū ☿ ꝛ est gog ꝛ ma/ gog. septimū ☽ ꝛ est persarū.

Tercia pars introductioꝛioꝝ de planetis in se ꝛ in cōpatione.

Planete sunt in auge cū equati sunt in sūmo augis sue. aut int̄ aliquē ipoꝝ ꝛ augē suā erit min⁹. 90. gradib⁹ a dextris vl̄ a si nistris ꝛ tūc dicit̄ minut⁹ lumine. Et cū fuerit in sūmitate cir/ culi sue augis erit minoꝛ ei⁹ mot⁹. Nam cū fuerit intra ipsum ꝛ sūmitatē circuli augis sue. 90: grad⁹ vtrobiqꝫ erit in medio circuli augis sue ꝛ mot⁹ eius eq̄lis: ꝛ cū trāsierit sūmitatē sue augis p. 90. gradus quousqꝫ puenerit ad. 270 grad⁹ equales erit descēdēs ex medio circuli augis sue ꝛ tūc fit auctus lumine. Et maxime cuꝫ fuerit in opositione augis certissime qꝫ tūc est ꝓpinquioꝛ terre ideo maioꝛ apparet

in medio equalis in ſummo minor:non q̄ ipē in ſuo eſſe creſcat vel minuat̄ ꝛ ſi cū hoc fuerit q̄ eſt in ſūmo augis ecentrici eſt etiā iu ſūmo circuli breuiſ ſeu epicicli erit minor. ¶ Et tres ſuperiores a ſole dicunt̄ aucti numero cuz eox̄ medijs motib⁹ addit̄ equatio ꝛ ecōtra:cū equidē locus ſolis minor eſt medio curſu veneris vel remāſerint. 180. gradus equales erit ipſa cū ſole ī eodē minuto ꝛ nulla erit ei⁹ eq̄tio. ¶ Planete dicūt̄ orientales a ſole cū cici⁹ ſole ſup nr̄m emiſperiū añ ortū ſol̄ apparēt. ¶ Septētrional̄ē planeta a capite ſui draconis ad caudā. Meridian⁹ a cauda ad caput. Et a capite per 90. gradus magis eſt ſeptētrionalis ꝛ a cauda p. 90. gradus eſt magis meridian⁹. ¶ Huius planete eſt vt ſit maſculin⁹ in die ſp ſuper terrā. In nocte ſub terra in ſigno maſculino. Planeta feminin⁹ in die ſub terra in nocte ſupra terrā in ſigno feminino:in mercurio cōtrariū ꝛ ſm hoc planete ſūt fortiores in opere ſuo. ¶ Planete ſunt fortes. 8. modis. Cū ſūt ſeptētrionales cū aſcēdētes in circulo augis. cū nup egreſſi de radijs ſolis. cū in ſtatione ſecūda. cū in domo angulari vel ſuccedēti. cū ſuperiores a ſole ſunt orientales in ſignis maſculinis ꝛ quartis maſculinis. cū inferiores ſole ſūt occidētales a ſole in ſignis ꝛ quartis femininis:p eox̄ oppoſita intellige debilitates eorū. ¶ Fortunant̄ planete. 7. modis. ſi ſunt cū bonis. ſi ſunt obſeſſi a bonis. ſi mali cadūt ab eis. ſi vniti ſoli. in bono aſpectu lune. ſi in aliqua dignitate ſua. infortuniū eox̄ intellige p oppoſita. ¶ Planetarū ſignificatio variatur 4. modis aut ex circulo augis:aut ex locis eox̄ in ſignis. aut ex locis eox̄ a ſole:aut ex q̄rtis circuli. Reſpect⁹ planetarū eſt ſm domos. In domo prima ptātes habēt. 12. In medio celi. 11. In ſeptima. 10. In quarta. 9. ꝛ ℔ minime p ſuccedētes ꝛ remotas. ¶ Tēp⁹ euētus ſignificationis planetarū ſcit̄ p illud q̄ eſt inter ſignificatores ꝛ p illud q̄ eſt ſm figurā cū vnus venit ad locū alteri⁹ vl̄ rei q̄ſite p illud q̄ remanet p̄ter additionē vel ſubtractionē vel p planete renouationē. Et cū planeta venit ad locū' qui ei cōuenit p naturā ꝛ hec ſūt. 7. Si planeta ē in medietate aſcēdētis orientalis ꝛ velox ꝛ veloci applicat euētus ſignificationis eius erit infra horam. i. vna triū dictarū cōditionū vno dēpto infra diem duobus infra menſem ꝛc. ¶ Almuget planete eſt ut ſit occidentalis a ſole ꝛ ſunt inter ip̄m ꝛ ☉ tot ſigna quot ſunt inter domū ☉ ꝛ domū planete. Et inter ſolē ꝛ ſaturnū ſunt. 5. ſigna cōpleta ꝛ ſit orientalis a luna ꝛ inter ip̄m ꝛ ☽ tot ſigna quot ſunt inter planetā ꝛ domū lune. Eſſe planetarū a ſole eſt multis modis triū ſuprioꝝ ſcz naz in eodem minuto cū ſole ſunt coniuncti. dicunt̄ autem vniti infra. 16. minuta ꝛ adhuc vniti quia quantitas minor circuli ſolis eſt. 32. minutorum:ꝛ in in hoc ſtatu planeta fortunā ſignificat. Abinde ſaturn⁹ ꝛ iupit̄ infra. 6. gradus ſunt cōbuſti ꝛ vſq̄ ad. 18. ſūt ſub radijs. Mars ad. 10. eſt combuſtus ꝛ ad. 18. ſub radijs ſolis ꝛ tūc nō p̄nt dare annos maiores. Ultra ℔ fiūt' fortes orientales nō q̄ tūc vbiq̄ appareāt ſed alicubi ſunt alicubi nō:recedente

sole elongant ab eo. Et sunt fortiores ad aspectū sextilē . Inde dextrant a sole ⁊ fiūt debiles .inde habēt quartū aspectū:abinde stant. inde retrogradant vsq; ad ☌ solis-post hoc iterū stāt:dirigunt inde accedūt ad .60. gradus. Inde ptrāsit eos sol ⁊ fiūt orietales ⁊ iterū vt prius. Uen⁹ ⁊ mercurius cōbusti sunt infra .7. grad⁹ sub radijs solis infra. 12. Et ☿ cū sole in vno minuto apparet in die cū est in latitudine .8 .graduū septētrionalis. Luna infra .6. grad⁹ a sole est cōbusta infra. 12. sub radijs. ¶ Diuersa vo est appariçio eius ꝑpter diuersitatē casus signox q̄ sic ascēdūt fm q̄ opposita ascendūt. Et cōbustio solis magꝯ corrūpit venerē ⁊ lunā q̄; alios planetas. ¶ Habitudo planetarū est quadruplex fm circulū vt sint in cardine succedēte vel remoto:fm solē vt sunt occidētales vel orientales vel sub radijs: fm cōmixtionē cōiuncti applicati vel cōuersi:fm se vt directi stationarij vel retrogradi. ¶ Cōiunctio dicit aliquādo generaliter aliqñ spāliter. Generaliter dicit quociēscūq; aliquis planeta leuior tendit ad pōderosiorē vel in eodē signo vel in signo respiciente. Specialiter vo dicit quotiēs in eodē signo planeta leuis tendit ad ponderosiorē. Ex alijs aūt respiciētib⁹ dicit respect⁹. ¶ Specialiter applicatio nō idē dicit q̄ generaliter cōiunctio:sed aliūde dicit applicatio aliūde cōiunctio. Cōiunctio enī dicit ꝑpter vtrūq; planetā. Applicatio vo ꝑpter leuiorē tendētē ad pōderosiorē. Consuētus aūt dicit idē q̄ specialiter cōiunctio. Leuiores aūt dicunt illi planete qui sunt velocioris mot⁹ pōderosi vo qui tardioris:vnde luna leuissima:saturn⁹ aūt pōderatissim⁹ iudicat. Sed radiatio idē q̄ respect⁹ dicit: Et sunt respectus .4. sextilis quart⁹ trinus oppositus. ¶ Et sciēdū q̄ est radiatio ꝓpria ⁊ naturalis:⁊ est minus ꝓpria ⁊ accidētalis. Propria radiatio est de signis sese respiciētib⁹ fm celū accidētalis est in domib⁹ fm figurarū diuersitates sese respiciētib⁹. In quibus figuris cōuenit qñq; vnū signū duas implere domos ⁊ fm hoc planeta in signo ꝓximo dicit aliū inspicere aspectu sextili ⁊ in octauo aspectu trino . Et etiā qñq; aspect⁹ quartus fm celū fit trinus vel sextilis fm figurā. ¶ Centū ⁊ .20. sunt cōiūctiones planetax ꝑ quas maxime habet noticia eox que fiunt in hoc mūdo. Est enī cōiunctio planete cum stella ⁊ planeta cum suo draconе vel alterius:⁊ hec est ♂ qualitatis nō cōplexionis vt aque cū vino non cōmixtionis vt farina cū farina:nō cōpositionis vt ligni cū ligno ꝑ scia faciēda. Et luna defuncta est cū ♂ :sol cū ♄ . ¶ Et in planet⁹ ♂ est vni⁹ sub alio directa positio. Et est duplex ꝑ corp⁹ ⁊ ꝑ aspectū:ꝑ aspectū cū vnus aliū aspicit. Et si cōiungunt ꝑ eandē latitudinē tūc vn⁹ obscurat aliū. ¶ Et coniūctio ꝑ lōgitudinē est cū eox gradus sunt eqles . Cōiūctio vo latitudinis ē vt duo planete iungant aut ꝑ lōgitudinē ita q̄ eox gradus sint eqles vel ꝑ oppositionē aut fm aliquē alioꝝ aspectuū ita q̄ si vnus sit ascēdēs in septētrionē alter sit descendēs in septētrionē ⁊ si vnus sit ascendēs in meridiem alter sit descēdēs in meridiē. Et incipit ♂ a medio orbis planete. Sepatio

post mediū. Et qui augi ecētrico est ꝓpior ille est fortior. Et ♄ ꝛ ♂ cōiu nct in gradu exaltationis planete destruūt ea q̄ sūt illi⁹ planete. Obserua sepa/ tionē cōiunctionē ꝑ unū gradū q̄ tūc eueniūt somnia ꝛ v̄ba ꝛ alia �fm natu rā planetarū: ꝛ �fm ptātē quā in ntitatib⁹ habuerūt. Q̄ cōiūctio sig̃t in minu to post sepationē ab illo incipit. ¶ Euacuatio cursus ē cuz planeta sepaī ab alio ꝛ nō iugiī alteri. ♀ erialis est planeta cū nullus oīno aspicit eum ꝛ hoc plus accidit lune: ꝛ tunc ipsa diciī cōiungi dño termino☌ in quib⁹ est.



Translatio est cū leuis a ponderoso sepaī ꝛ transfert naturam illi⁹ a quo sepaī ad illū cui cōiungiī vt si iungiī leuis pōderoso ꝛ ille alteri ꝛ leuis transierit inter ipsos. Cui⁹ rei exemplum est esset ascēdēs ♍ ꝛ fieret interrogatio de cōiugio ꝛ eēt luna in 10. gra. signi ♊ ꝛ ☿ in. 8. gra. ♌ ꝛ ♃ i. 12. gra. ♐. Et ☿ erat dñs ascēdētis q̄ erat significato⁹ interrogātis ꝛ nō aspiciebat

♄ q est dñs cõiugij q erat in. 8. signo ab eo aspexi ergo lunã quã inueni in 10. gra. ♊ sepatã scz a ☌ ☍ ♄ applicatã deferebat enĩ in vtroq; lumine ☍ ℞ significauit effectus rei adeptionẽ p man⁹ legato⁹ inter vtrosq; discurrẽtiũ ¶ Collectio est vt vni planete iũgunt̃ duo vel plures ille colliget lumina eorum ☍ recipiet naturã eo⁹.



Reddito luminis est cũ vn⁹ planeta vel duo nõ iungunt̃ vn⁹ alteri nec se aspiciũt sed aspiciũt vel iungunt̃ scz vn⁹ alteri ☍ ille aspicit vl' reddit lumẽ certo loco circuli ☍ reddit lumẽ eo⁹ ad ipm locũ quẽ aspicit: verbi gra. ¶ Quedã interrogatio fuit facta de rege vtrũ acgreret regnũ an nõ ☍ erat ascẽdẽs signũ libre cui⁹ dña ven⁹ q̃ erat significatrix interrogãtis in. 10. gra du signi ♎ ☍ ☽ dña dom⁹ regie. i. ♌ q̃ erat. 10. domus regie q̃ significabat regnũ in. 16. gra. signi ♂ nõ aspiciẽtes se ☍ erat ♄ in. 15. gra. ♌ in angulo celi in domo regia ☍ ☽ atq; ♀ applicabãt ei. ♄ ergo cõiũgebat lumẽ. i. radios ambaꝝ i loco q̃site rei. i. in loco regni vñ sigt acgsitionẽ regni p man⁹ iudic(siue epi vl' p man⁹ alicui⁹ viri dilecti cui ãbo planete libenter tribuãt assensum.

oriens accipitur pro ascendente infirmi ⁊ per domum quintā ab ascendēte epar iudicat. sed si frater attulerit tercia domus ab ascendēte est ascendēs domini vrine et almutaz domus quinta que est septima ab ascendente sigt epar: ⁊ si seruus attulerit decima erit ascendens: ⁊ scōa ab ascendente locus epatis ⁊c̄. Sic ergo ordinata figura recipe almutaz cuius cognitio habetur vt in introductorijs expeditū est per dignitates domus vel exaltationis vel termini vel triplic tatis vel faciei. Item per fortitudinē vel respectū domox Nam prima domus habet dignitates. 12. decima. 11. septima. 10. vndecia 9. inde quinta quarta nona tercia octaua duodecima sexta semp minuēdo vsq; ad vnum. Hic est ergo almutaz seu dux qui plures in his obtinet dignitates qō cōsidera per totum circulum. Ipse enim qui dignitatibus dignior fortitudine potētior: respectu beat or: ⁊ in hoc magis dignitas vel fortitudo q̄ locorum cōmoditas vincit. Quo scito vide quis ab eo vel a quo ipse separatur: nam fm illius statū habet se sanitas vel egritudo domini vrine: ⁊ fm sextum qui in eo vincit hunc almutaz corrumpens morbiq; naturā suumq; domicilium a se prospectū causam manifestat: ⁊ locus almutaz morbi fundamentum patefacit. Illo enim ascendente caput patitur ⁊ sic de alijs domibus. Q si est solitarius ipse naturā morbi ⁊ eius domus fortius aspectā occasionem ⁊ locus eius locum passionis notat. Cui vero almutaz applicat vel qui sibi fm fortunam vel infortunam spem vel timorem nunciat. Tunc vide ducem epatis scz qui de qnta dominus loci epatis sit dignior ⁊ fortior ⁊ loco melior in circulo ⁊ super locum ♃ ⁊ ♂ ⁊ ☿ ⁊ super locum partis epatis que accipitur in die ac nocte a ♃ in ♂ ⁊ proijcitur a ☿. Quo habito quis ab eo vel a quo ipse separetur videndum est: quia fm eius statum est status et tenor virtutū epatis: similiter ⁊ stomachi qui si est solitarius fm sui naturaz ⁊ sui loci portionem: iudica fm ꝯsistentiam totius corporis quam monstrat almutaz super ascendens: ⁊ fm consistentiam epatis iudica de contentis in vrina scz si virtus contenta claudicans fuerit expulsiua ipsam expellens accidit in vrina contentum de humoribus et ipsam nimis coctam apparere. Econtra autem in his virtutibus facta: tenuior est vrina ⁊ contentū carens. Si autem digestiua estu excessit in naturali et separata claudicat erit vrina liuida ⁊ turbata: econtra vero temperata erit in colore substantia limpida. Et tu scis quomodo virtutes attribuuntur planetis vt ☿ appetitiua ⁊c̄: et ☽ expulsiua. Unde quicunq; istorum miscens se fortius cum loco epatis huius virtus preualet. Si felix naturaliter agit in natura: innaturaliter si corrupt⁹ nullo istox aspiciente virtus dñi termini preualebit. Sic ergo fiet ꝯsideratio vt inter almutaz ascendentis ⁊ quinti ⁊ inter virtutes fiat collatio vt discretū per oīa ꝓcedat iudiciū: ⁊ hoc intellige magis pro sanis q̄ pro egris: pro egrō enī locus epatis cū admixtione almutaz: vel solus loc⁹ si nō habet almutaz vel planeta qui in loco epatis est aut loci natā colorē ⁊ substām plene mōstrat

¶ Triplicitatibus que sunt quatuor humores correspondēt quatuor:ignee colera:aeree sanguis:aquee flegma:terree melancolia:ꝛ ꝑm hanc signoꝝ essenciam humorum essencia naturalis et imutata permanet. Nam eorum cōmixtio vel abinuicez infectio seu q̄litatum intensio est a planeta qui est in loco epatis vel aspicit. Et naturalis cōmixtio fit si est loci particeps:intēsio si careat testimonio. ¶ Item ♄ ineſt melancolie. ♃ sanguini. ♂ ꝛ ☉ calore. ☽ ꝛ ♀ flegmati. ☿ cōmixtus est ꝑm applicationem seu ꝑm separationē cum alio se habente. ¶ ♈ quoq; si est locus epatis ꝛ ibi est ♂ vel aspicit:corporis dispositio est febris ꝛ vrine substantia mediocris propter debilitatē virtutis segregantis in epate in colore liuida: vel aliqualiter ad nigredinē tendens ex aduſtiōe colerica. Sed si fuerit dispositio corporis sana erit vrina tenuis per totum et subrufa:vel vrina intensa cum apparatu ad febrem. ¶ Item si locus epatis est ♑ ꝛ ibi ♄ vel aspicit:corpus febrit:ꝛ est vrina liuida cum nigredine ex mortificatione:cum substantia mediocri:ex grossorum humoꝝ admixtione propter debilitatem virtutis segregant(in epate:ꝛ si corpus est sanum erit color vel vrina tenuior cum citrino plumbeo. ¶ Itez si est locus epatis)(ꝛ ♃ aspicit a ♑ dispositio corporis febris hoc est cōmixtio sanguis frigidi propter ♑ :ꝛ flegmatis propter)(:ꝛ ♋ est flegma dulce:ꝛ tunc vrina est mediocris spissa cum colore rubeo. Si vero corpus est sanum vrina est subcitrina vel aurea in colore cum substantia mediocri. Si est ibi ♂ fiet flegma salsum per mixtionē. Si ☉ propter infectionem color vrine rufus cum mediocri substātia. Si apta sit dispositio subcitrinus pallori vicinus si sana sit ergo ꝑm corporis presentem dispositionez ꝛ signoꝝ ꝛ stellarum naturas Quis humor abundat:ꝛ dispositionis intensio vel remissio inuenitur:ꝛ ꝑm omnem adinuicem collationem iudicium fiat.



Figura ista figt egruz expuere sanguinem

¶ Predictorum omnium istud est exemplum. Ascendens erat ♈.25. ♀ ♐ 28. ☉ ♑.8. ☽ ♑.26. ☿ ♒.5. ♂ ♊.28. ♄ ♍.25. ♃ ♋.26. pars epatis.30. in ♍. Erat ergo ♀ almutaz super ascendens. ♃ almutaz super locum epatꝫ Dux ergo epatis significat flegma sanguineū abundare. Nam ♃ sanguinē ♋ flegma notat: ⁊ dispositionem presentem propter ♂ corrumpentez ascendens: egrum. Fuit ergo vrina in substantia mediocriter spissa propter ♂ cō mixtionem in ascendente ⁊ ☽ in loco epatis. Et quia ♂ corrumpit ⁊ melius aspicit ♈ q̄ ♍ certum erat q̄ causa egritudinis fuit ex caliditate ⁊ siccitate capitis. Nam ♈ similiter caput significat: ⁊ quia ♂ est in domo q̄rta cuius est pectus et pulmo et quicquid interius ledit pectus: circa pulmonem pati certum fuit: ⁊ quia ♂ significat sanguinis effusionez: certum erat q̄ patiens spuebat sanguinem. ♀ quoq̄ ingrediebatur radios ad combustionem ☉: certum erat ipsum mori ad duos menses ⁊ octo dies: ⁊ sic factum est: ⁊ erat ille emoptoicus ⁊ ptificus. ¶ ♄ domus significat q̄ illud quod timetur erit

per causam frigiditatis et humiditatis vt fluxus ventris ptisis:et precipue si fuerit ♄ :si ♒ per causas frigiditatis ⁊ ventorum.¶Domus ♃ scilicet ♐ per causam caloris ⁊ ventorū. ♌ per causam caloris ⁊ humiditatis vt sunt apostemata ⁊ similia.¶Domus ♂ vt ♈ plus erit hoc in capite. ♏ erat calor cū humiditate ⁊ erunt passiones in partibus inferioribꝫ.¶Domus ☉ per causam caloris ⁊ siccitatis:⁊ fortius si ☉ fuerit infortunatus a ♂.¶Domus ☿ per causas medicinarum ⁊ venenorum:et erit festiuū qꝺ fiet.Et si est ♉ erit causa frigiditatis et siccitatis et causa bestiarum.Et si est ♎ per calorem et humiditatez:⁊ ex parte dolorum gutturis:⁊ precipue si ☿ est in ♈.¶Domꝰ ♀ vt ♊ per causam caloris ⁊ humiditatꝭ ⁊ doloris epatis ⁊ frenesis ⁊ amissionis sensus.Si ♍ per causam destructiōis epatis fellis ⁊ viscerū.¶Domꝰ ☽ per causam frigiditatis ⁊ humiditatis:et cōmisce planetas ipsam consociantes ⁊ iudica ſm illud:nā si planete consociantes ipsam conueniunt predictis certius erit iudicium:⁊ cum his aspectus etiam obseruentur.Sextuꝫ egri respice per almutaz a quo separatur vel qui ab eo separaꝫ.¶De seruo vel captiuo si dominus ascendentis vel ☽ ⁊ hic fortior separatur a domino medij celi vel a ☉ vel ab infortunijs ⁊ nulli istorū applicet liberabitur seruꝰ vel captiuus:⁊ dñs orientis vel ☽ vel eorū pars maxima in signo firmo detinent:⁊ magis in cardine orientis domus:et ☽ in oriente ⁊ ☽ domus et ☽ in conuersiuo reducti vel cadentes egressum accelerāt.Dicti duces aut plures in cōmunibus idem faciunt aliter dic econtra. Et horam in qua quis captus ductus est obserua:⁊ si tunc ascendentꝭ dominus vel ☽ fortior dico in ascendēte ⁊ questione ab infortunio vel a duodecimi vel sexti vel octaui domino recedit:⁊ fortunis applicat libertatem signat ⁊ salutem. Idem faciunt duces a cardinibus reducti. Et si dux de □ vel oppositō vel cōuentu ♂ applicat vel parti cruciatus que pars mortis dicitur vel eius domino obserua. Et si ♂ aut pars cruciatus aut eius dominus est in medio celi ⁊ dux in ♊ vel eius triplicitate applicat suspendetur et aliter non est timendū. Et seruum eme cum dominus orientis et ☽ vel applicat domino sexti in sexto: aut dominꝰ sexti in oriente:aut si est inter eos luminis translatio:⁊ orientis dominus in duodecimo vel econuerso querentē signat captiuandum fore procul dubio: nam dominꝰ cadentis ⁊ punctum loca sunt peregrinationis ⁊ miserie.



DE domo septima vt de cõiugio an fiat scitur sic: si dñs orientis et ☽ qui sunt querentis applicant dño septimi vel alter est in septimo studio querentis fiet: si econuerso studio alterius partis erit: ⁊ si est inter eos translatio per nuncios expediet̃: ⁊ applicatio per bonos aspectus sine difficultate per malos cũ difficultate fieri signant. ¶ Itē accipitur ps ciugij a gradu septimi in gradũ dñi sui: ⁊ gradib⁹ orientis adiectis a principio signi orientis proijcitur: ⁊ gradus partis ⁊ sui dñs est in oriente vel septimo vel saltem cum ☉ et ☿ : vel si partis dñs orientalem aut septimã domũ respiciat: ⁊ si est int̃ eos collectio vel translatio dote muliebri thalami exornant̃. Et si nihil est predictorũ aut non fiet aut cito diuidetur: ⁊ applicatio dñi ascendentis ⁊ dñi septimi in cardinibus aut post cardines coniugium consecrant. Idem ☽ applicatio cum ☿ ⁊ a ☿ recepta. Idem ☉ receptus a dño suo respectus. ¶ Et vtrũ sponsa fit pulcra vide per signa put

eis membra deputant̃ caput p̃ ascendens ꝛc̃. ꝛ cũ quo signo est luna non corrupta decorẽ significat in membro suo ꝛ in quo corrupta inficit illud : ꝛ lune incrementũ significat aliquod in corpore preter modũ decrescens aliquod minus esse: ꝛ in quibus signis fortunati sunt mẽbra cõmendãt ꝛ ecõtra. Et si dñs orientis prius intrat cõbustionẽ viri prius morieť. Si septimi dic econtra. Et cuius significatoris applicatio est cuꝫ dño octaui ille prius morieť. ¶ Cũ quo mechata est mulier scit̃ sic si ascendens est martis vel saturni et luna ibi cognita est ꝛ fuit ibi lumen candele: si in hora veneris crassa ꝛ iuuenis: ꝛ si venus ꝛ luna sũt in domo martis ꝛ apud dyametrũ medij celi mẽstruosa. Si venus in domo propria fuerit ꝓpriã cognouit vxorem: si gemini surgũt ꝛ luna est ibi grauidã. Si venꝰ in oriẽte ꝛ saturnꝰ in septimo clientulũ habuit. ¶ De causa vel controuersia sic iudica q̃renti da oriens ꝛ dñm eius: aduersario septimũ ꝛ dñm eiꝰ si vtiqꝫ benigne sibi applicent pacẽ facient si maligne non. Et si simul in eodẽ signo sunt ipsi per se pacez faciẽt si q̃ꝫ inter eos duces est translatio per internũcios pax erit inter eos. Quid aũt inter eos versetur mediũ celi ꝛ dñs eius determinãt. quãta ꝛ dñs eiꝰ finẽ rei: ꝛ stella a qua sepaťr luna significat accusantẽ ꝛ cui applicat defendentẽ: ꝛ lune dñs dux finis est: ꝛ serui ꝛ dñs eius adiuuant accusantem defendentem ꝛ iudicem decima obtinet: ꝛ illi parti iudex est contrarius cuius significatorẽ medij celi dñs corrũpit: ꝛ cuius significatores sunt fortiores ille vincet. ¶ Pro placito si dñs oriẽtis est in angulo quocũqꝫ ꝛ dñs septimi est in septimo vel quarto vel decimo a septimo ambo sunt fortes ꝛ neuter vincet Si dñs primi est in cadente querens perdet. Ita q̃ dñs septimi sit in dictꝫ locis si ecõtra dic econtra. Et si dñs primi in cadente est vincet qui magis timet similiter dic de septimo. ¶ De negociatoribꝰ ꝛ mercaturis scias q̃ luna eis preest vnde eligaťr ꝛ ipsa tunc crescat ꝛ septẽtrionez ascendat ab oriente scꝫ ad decimũ. Inde ad septimũ ꝛ tũc erit vtilis ꝛ cõmoda omnis mercatio ꝛ intellige crescens numero ꝛ lumine ꝛ si predicta fuerit cõtrarie dic ecõtra Et mercurius similiter fortunet̃ ꝛ bona sit lune applicatio ꝛ bonus aspectꝰ ꝛ oriẽtis est emptor ꝛ septimi venditor. Unde eius dñs alterius dño applicat ille mercatione plus instat in oriente beniuola emptorẽ bonũ significat similiter in septimo: infortuna ecõtra. Questus a medio celi dependet: quidam etiã orienti dant venditorẽ septimo emptorẽ ꝛ est hec diuersitas ꝓ alius alium requirit. Et stella a qua separaťr luna cõbustionẽ ingrediens significat mortez emptori ante precium susceptũ. ¶ De venalibus iudica per luminaria singulis ergo mensibus coniunctione eoꝝ ad eandem horã prenosce ꝛ ascendens coniunctionis ꝛ eius dñm hec eniꝫ fortia ꝛ fortunata eaque de ipsis deputata sunt cara faciunt. Tebit egyptius super hac questione cõtemporaneos suos egypti philosophos accessit ꝛ cum eis sic cõcorda-

uit vt ponerent coniunctionē solis ꝛ lune omniū mundanoꝝ ad generādū innouationem:oppositionē vero eoꝝ causaꝝ alterationis ꝛ varietis omniū caducarū lunam esse principiū dixerunt ꝛ plantarum ꝛ animaliū ꝛ metallorum augmenti ꝛ diminutionis. Inde solem adhibuerūt quod lune ortum ꝛ oppositionē dat ꝛ fm horum habitudinē ꝛ alioꝝ planetaꝝ de venalibus iudicabant considerantes per annos ꝛ menses q̄ cum planete fuerint fortunati ꝛ res eis deputate care facte sunt ꝛ econtra ꝛ coniuctionē vel preuentionē que precedit iutroitum solis in arietem obseruabant ꝛ almutaz hora illa. Si enim fuit addens vel applicans addenti precium venaliuz carescebat fm naturā signi in quo ipse est ꝛ boni in cardinibus:similiter mali econtra. Sol ꝛ luna in cardine monetam caram:sol aurum:luna argentū :venerem in hoc attribue lune:mercuriū soli:vnde isti cadentes a cardinibus aurum ꝛ argentū vile faciunt. Item dñs ascendētis ꝛ dñs conuentus in cardinibus res caras faciunt ꝛ econtra. ¶ De re amissa vel fugitiua vtrum recuperari valeat vt scias oriens ꝛ eius dñm cuz sole da querēti septimū ꝛ eiꝰ dñm ꝛ lunā da perdito. Si vtiqꝫ dñs orientis applicat dño septimi querēs recuperat suo studio. Idem est si dñs orientis est in septimo. Item si luna separata a dño orientis applicat duci.i.dño septimi certos de amisso nunciat rumores si econtra in possessionē restituit. Item si dñs septimi orientali dño applicat aut si est in oriente recuperat sine labore ꝛ redibit sponte. Item si dux maliuolo applicat existenti in cardine fugiens vincula incidit aliena. Item si alterū luminariū duci applicat fugitiuus nō poterit occultari. Item si est adustus dux fugitiuus capiet precipue si orientis dñs eum respiciat. Item luna maliuolo applicans parat carcerē fugitiuo ꝛ si applicat beniuolo promittit euasionē nisi ipsa forte adustionē intrat aut si retrograda aut corrupta aut adusta mortem significat. Et si cū hoc alias est corrupta etiam post mortem eius cadauer erit in persecutione.



ITem lune applicatio ad solẽ negat euasionẽ. Itez luna applicãs retrogrado fugitiuũ spõte reducit. Item luna stelle applicãs in cardine vel post figt ꝙ fugiens viã impedit. Si est in station̓e p̓ma fugiens grauiter destructus reducit. Si in statione secũda vt iam dirigat deprehendit sed diu tenere nõ põt. Et maliuola si sit cui luna applicat ꝛ sit directa sine graui destructione reducit. Itẽ luna adusta marti applicãs dat adustionẽ. Si saturno pericula aquarũ beniuola omnino liberat. Luna crescẽte ꝛ addente qcũqꝫ fugerit iuuat. Ipsa decrescẽte cõtrariũ est ꝛ minuente. Locũ amissi vel fugitiui locus lune pandit qꝛ si est in oriente versus oriẽtẽ. Si in medio celi v̓sus austrũ. Si in .7. v̓sus occidẽtẽ in .4. ad septẽtrionẽ. Et si luna ẽ extra cardines iudica fm naturã ꝛ figtionẽ locoꝝ: ꝛ fugitiuo bonꝰ ẽ reditꝰ si luna sepata est a beniuola, a maliuola dic ecõtra.

¶ Item dñs luminaris in signo humano significat rem amissam fore in loco ab hominibus frequẽtato si est in ariete vel capricorno in ouili. In tauro bobus vel bubulis vel camelis deditum. In signo quadrupede vt sagittario locum quadrupedũ significat. In leone locum ferarum siluas vel desertuz. In scorpione reptiliũ. In cancro cisternas fontes. In piscib⁹ aquas dulces ⁊ loca piscosa. In aquario licet humanũ reputeť signũ loca mõtuosa flumina ⁊ riuos maiores: a medio piscium vltra auium habitationes: ⁊ luna in signo igneo loca ignis ⁊ similiter de alijs. Et si infortuniũ legerit lune cõsiliũ in cardine non longe recessit ⁊ inter oriens ⁊ quartũ stella quelibet constituta vel potius inter ducem furis ⁊ coniunctio gradus cõsistens significat ꝙ fur furtum alicui tradidit: ⁊ si non habet se aliter scilicet nulli tradidit. ¶ Vt scias legem furis recipe dñm hore qui si est sol ⁊ in conuersiuo de lege ad legem testať. Si venus legem arabicam significat. Si mercurius legem indorum luna persarum. Si saturnus iudeorum. Si mars romanoꝝ ⁊ hec dicit aomar. Si iupiter paganoꝝ. ¶ Pro furis nomine nota que littere vel que signa notanť vel domos: nam si de oriente ortus est vn⁹ gradus vel vndecima prima littera significat. s. a. ꝙ si aliter est vide domũ septimi qui se habet in suo principio. 2. vel. 12. secundam litterã accipe. s. b. ⁊ si hic aliter se habet vide decimũ cuius est aut vndecimũ: terciam notant litterã ꝙ si sic non fuerit signum quartum accipe. 4. vel. 9. litteram quartaz notant vltra reuertere ad oriens ⁊ vide secundã accipe sextã a secũdo septimã a secũdo medij celi: octauã a secũdo quarti: nonam a tercio medij celi decimã a tercio cardinis terre ita procede vniformiter addendo semꝑ vnũ vsqꝫ ad vicesimã inclusiue vicesimãprimã ab oriente sextũ iudicat. vicesimã secundã signum septimũ designat. vicesimãterciã medij celi dat: vicesimaz quartã quartã cardo terre. ¶ De consortio ⁊ participatione querentem da orienti ⁊ dño eius: cõsortẽ da septimo ⁊ dño eius: consortiũ decimo ⁊ dño eius: finem quarto ⁊ eius dño: ⁊ sicut hec habẽt se adinuicem ita iudica de amore illorũ ⁊ lucro ⁊ damno. ¶ De bello interrogatus inuadenti da ascẽdens ⁊ dñm eius auxiliatoribus eius secundã ⁊ dñm eius in vaso da septimũ ⁊ dñm eius auxiliatoribus eius: octauã ⁊ dñm eius: per decimum scias essentiã belli: ꝑ quartũ euentũ ⁊ fm illoꝝ dños iudica sic. Si significatores primi ⁊ septimi se maligne respiciunt sine receptione ⁊ magis a signis fixis bellum erit forte ⁊ vincet cuius significator est fortior. Item cuius significator est peregrinus ille defectũ habet consilij. Item dñs ascendẽtis in septimo impeditus aut sub radijs aut retrogradus si impediẽs est mars vel sol inuadens capieť ⁊ maxime si impedieť ab angulo vel est dñs maloꝝ locoꝝ Saturnus dñi octaui facit capi: mars interficit: dñs septimi in ascendente si fuerit corruptus idẽ iudica de inuaso. Per decimũ iudica esse belli si est

mobile ꝛ non est ibi mars erit debile ꝛ econtra. Finem belli iudica ꝑ quar-
tum ꝛ dñm eius: per lunam per partem planetarum: per partem guerraruꝫ
per partem fortune ꝛ dñm eius hec pars in bono loco ꝛ dñs eius in malo
loco bonum principiū ꝛ malum finem significat ꝛ econtra. Itē stella a qua
separaꝫ luna detur querenti ꝛ cui applicat defendenti ꝛ si luna nulli appli-
cat ꝛ a nullo separaꝫ luna in hoc negocio relinqueꝫ. Et in hoc negocio ma-
ior est potentia superiorꝫ planetarū ꝙꝫ inferiorū. Si vtiꝙ duces benigne se
aspiciunt cum receptione pacis hoc signum est. Si maligne post discordiaꝫ
pax erit. Item luna cum marte fortunatis aduersa mortem aut captiuita-
tem querenti minaꝫ. Sol cum capite vel cauda paucos vel nullos vtrimꝙ
finit euadere. Si dñs septimi est cadens vel sub radijs vel in coniunctione
martis absꝙ receptione inuasus interficieꝫ. Si significatores ambarū par
tium sunt equales require martem ꝛ mercuriuꝫ: nam cui plus fauerint ille
vincet. Idem dic de ioue ꝛ venere nō impeditis a malis. Si dñs primi im
pediꝫ a dño secundi fautores inuadentes ipsuꝫ occident. Et dñs quarti im
peditus a dño septimi vel octaui in septimo vel octauo si habet in ascendē
te aliquā dignitatē prauus erit finis inuadentis ecōtra dic de inuaso. Itē
partem fortune considera ꝫm locū eius ꝛ dñm ꝛ habitudinem. Si pars for
tune ꝛ dñs eius in bonis locis ꝛ boni sunt inuadens habebit bonum prin-
cipiū ꝛ bonū finē. Si pars bene ꝛ dñs eius male bonum est principiū ꝛ ma
lus finis inuadentis ꝛ econuerso. Qualitas vel modus belli habeꝫ ꝑ mar-
tem ꝛ eius locum ab oriente ꝛ a stella respiciente ꝛ quantitas cedis a luna
ꝛ eius loco: ꝛ exercitus vtriꝙ sui ducis ꝓprietatē sequiꝫ ꝛ stella a qua mars
separaꝫ est querentis siue inuadentis ꝛ cui applicat alterius partis: ꝛ luna
regulat omnes actus nostros. Si mars separaꝫ a bonis in questione vel in
ceptione belli iusta est inuasio ꝛ econtra. Itez mars in exaltatione sua ma-
gnum facit bellum in descendente paruū. Item mars in signis mobilibus
aut in angulis glorioſum: in fixis ꝛ non in angulis non glorioſuꝫ. Si mars
est stationarius vel ille cui iūgiꝫ bellum erit multe more. Si directus pauce
Mars in medio celi dicit bellum fieri pro regno. In ascendente pro vita.
In occidēte pro damno. In angulo terre pro terra vel sepulturis. In no-
no pro dijs neglectis vel legibus. In tercio pro genere vel humanis dijs.
In sexto pro mutilatione alicuius vel calumnia. In duodecimo pro sub-
ditis. In vndecimo pro amicis vel filijs. In quinto pro vxore vel ciuitate.
In secundo pro pecunia. In octaua pro rebus antiquis vel mortuorum.
Et si mars est occidentalis occulte facit belluꝫ. Orientalis vero manifeste
Mercurius si aspicit eos in quibus iungiꝫ mars bona dispositione ꝛ cum
bonoꝝ testimonio tradet inuadentē inuaso. Si vero eis a quibus separaꝫ

mars ecōtra. Et si est mercurius sub radijs euadet proditor ⁊ si orientalis non. ¶ In principijs bellorum si luna est coniunctionalis incipienti lunam inimico solem. Si preuentionalis da econtra ⁊ iudica fm eorum habitudinē ⁊ loca quis vincat impugna. ¶ Item in ingressu belli sit ascendēs vna de domibus martis ⁊ mars in de ima vel iupiter vel loca eor̄ adinuicem permutantes ⁊ figurati adinuicem ⁊ cum parte fortune ipsis existentibus bene ⁊ fignis in quibus sunt ⁊ que sunt exercitus ⁊ belli cause victoria effectiua. In hoc capitulo scilicet de bello iudica fm petosirim quem iulianus cesar celeberrimū habuit per ascendens ⁊ dñm eius per querentez vel incipientem bellum: ⁊ per secundū ⁊ eius dominū de fautoribus eius: per septimū ⁊ eius dominū de aduersario: per octauum ⁊ eius dominū de fautoribus illius: per decimum ⁊ eius dñm causam ⁊ essentiā belli: per quartū ⁊ eius dominum euentū ⁊ finem belli: quinto per partem fortune an cadat in medietate incipientis seu inuadentis vel defendētis: sexto per planetas incipiendo a luna deinde per solem inde per saturnum ⁊ ceteros fm ordinem planetarum. Et hermes dat bellum marti: euz a quo separat̄ inuadēti: eum cui iungit̄ defendenti ⁊ fm hoc bellum iudicat ⁊ triumphuz. ¶ Pro venatione oriens ⁊ hore dominū considera: septimum ⁊ eius dominū pro re quam vis venari vt significatores primi sint significatoribus secūdis fortiores ⁊ si benigne sibi applicant quod querit̄ faciliter capietur ⁊ econtra. Et si inquirit̄ quadrupes septimum quadrupes elegatur: ⁊ martis prosperitas vel corruptio quia est dux venationis seruet̄. ¶ Pro piscatione consule orientis dñm ⁊ lunam ⁊ septimi dñm oriente quidaz aquatica luna aut dominus hore ſ marti applicat ⁊ venus ab aspectu lune auersa est ⁊ cadens prorsus desistat quia nihil haberes absq; labore maximo ⁊ impedimento. Item si luna saturno applicat ⁊ eam venus aspicit plurima erit piscatio: nā in hoc genere saturnus lunam non impedit nisi mars eum aspiciat: ⁊ tunc venus debilitat̄: quia in aspectu mars veneri aduersat̄ ⁊ naufragiū minat̄.



De domo octaua an quis sit viuus an mortuus sic iudica si dñs orientis t luna sunt in quarto vel octauo vel si aduranť aut sunt cadentes vel potiꝰ coniuncti dño octaui certum est illū esse mortuuz si alteruter sic se habet inde quomodo vterqꝫ dux statu t situ se habet t quomodo aspicit bonos vel malos t fm horum testimonia iudica. Item si dñs orientis est in duodecimo vel cadēs vel in octauo vel si ab octaui dño retrogrado recedit de morte timeať. Sz si retrogdo adiūgiť mors est ꝑpinq̄ lune applicatio ad aliquē sub terra morātē fatalis super terrā ecōtra. Item oriēt dñs nō fine. 12. dño maliuolis cō iunctꝰ aut ab eis dē respectus si cuz hec alterū lūinariū corrūpiť mortale est.

Item luna cuz marte in quarto beniuolis penitus auersis ⁊ cum hec pars fortune cum peruersis quartum vel sextum vel duodecimū absq; fortuna/ rum amminiculo testimoniū habet. Item stella in superiori emisperio vni uersaliter vite habet iudiciū in inferiori econtra. Item oriētis dño adusto ⁊ beniuolis auersis aut si luna sub terra in remotis est signis mortem signi ficat: ⁊ hoc absq; omni dubio si luna infra terciū gradū scorpionis morat ⁊ a saturno cuius natura est mortifera corrumpat. Itē nunq; de morte fiat iudicium nisi alter ducum corrumpat aut alter alterū debilitet fortunatis etiam a cardine cadentibus. Item si orientis dñs est felix aut a gradibus domus mortis recedit morti contradicit. Item partem mortis a luna in gradum mortis recipe ⁊ detrahe ab oriente ⁊ quo peruenit ibi est hec pars Si cadat in terminū maliuole aut receptor est infelix ei de quo querit est fa cile. ¶ Item si mercurius est dux ⁊ longe remotus a sole in aspectu malo/ rum mortale est: ⁊ fm hoc venus ⁊ relique stelle significant. Luna item ter/ re cardinem cum marte tenens orientali domino ⁊ maliuolis cadentibus signum mortis est. ¶ Item si per aduſtionē ducis mortis mortem nouisti erit ex calore ⁊ morbum occultum ⁊ in cardine extremo pessimum signifi/ cat genus mortis. ¶ Itē saturnus ducem corrumpens in ariete: aut in eius ternario mortem a casu ab alto aut per bestiaz significat: aut frigore ⁊ sic/ citate: specialiter in thauro aut eius triplicitate. In geminis ⁊ suo ternario si est in decima aut ab alto corruit in terre cardine aut labendo morit aut aliquid super euz cadet. In cancro ⁊ eius ternario submersione aut disseñ/ teria morietī nisi forte saturnus ascendit tunc enim per apoplexum ⁊ huiusmodi. ¶ Mars corrumpens si est in ariete vel eius ternario ruinam minat aut ponderosum super ipsum impellit vel ferro morietī. Item mars in deci ma crucem vel suspendium parat: in cancro ⁊ eius ternario mortez p aquā dat: leo ab octaua a bestia mortem significat. Scorpius in octauo peruene nosa. Saturnus in scorpione piscibus aut cancro ⁊ cum octaue dño mortē per aquas. Mars in octauo vel cum ipsius dño febrili calore ⁊ sepe ferro. Lauda in octauo vel cum ipsius dño ferrum parat. Item si dñs octaui so/ lus discurrens propriam significat mortem.

DE nona domo vt de itinere an fiat an non: orientis domino et ☽ da querentem nono et eius domino viam. Si vtiqꝫ dñs orientis vel ☽ est in nona vel domino none applicat qui que fuit proprio vadit arbitrio: econtra si dñs noni est in oriente vel orientis dño applicat ex causa vrgente pcedit ⁊ translatio inter eos: iter procurat: econtra iter negat̃ ⁊ oriens est euntis decimum negocij: septimum loci ad quem tendit quartum finem absoluit. Unde de his fm statum signorum ⁊ dominorũ suorum iudica: ⁊ si orientis dominus est in oriente in signo firmo querens non ibit. sed si conuersiuum est ad orientem si post oriens in medio celi ad austrum vel ad nationes alienas: si est in septimo vel octauo mortẽ vel carcerem significãt: in terre cardine ad septentrionem ⁊ per ☽ scitur ad quos homines tendit. Si enim applicat ☉ ad reges seu principes. si ♄ ad vulgares. si ♃ ad magnates. si ♂ ad milites. si ♀ ad mulieres. si ☿ ad sapientes. si est solitaria vadit negociandi causa. Si a ♄ recedit a debito illũ liberat. si a ♂ ab angustijs ⁊ captiuitate protegit. ⁊ si cui applicat est in domo propria ad indigenas tendit. in terna rio ad alienos tamen sue terre incolas. Et si domin⁹ orientis vel ☽ in signo humano maliuole applicat latrones in via timeantur. In ♒ non nauiget In quadrupedi incursus ferarum timeat. Si hoc in ♌ feras crudeles ⁊ venenosos vermes timeat. In ♓ marinas beluas et aquarum pericula. Et ♄ grauior est aquis q̃ terris: econtra ♂ peruersitas terris q̃ aquis. Et melius est mutari q̃ stare. Si dominus ascendentis ⁊ ☽ ab infortunijs separantur ⁊ fortunijs applicant et econtra. Item si quis intrat regionẽ ꝯsidera scõm si huius dominus est retrogradus cito et sine questu redibit. Item si est in statione prima morabitur sed nihil proficiet: in secunda statione habebit p ficuum insperatum. Et si dominus eius est in oriente vel decimo vel vndecimo iter est vtile: si in septimo econtra: si in nono vel tercio ibi nõ morabit̃: si ☽ interim est in quarta fatale.



¶ Pro reditu absentis si queritur: vide si domin⁹ orientis est in oriente vel in medio celi aut saltem alicui in eis existenti applicet cito redibit in octauo vel quarto tarde quinymo adhuc ibi moratur. Si in nono vel tercio et applicet alicui in oriēte redire cepit ꝛ est in via: similiter si de octauo vel tercio applicet stelle in decimo locate. Et si dominus orientꝭ retrogrado applicat nec oriens omnino non respiciat impedimentum signat. Si autez sic oriās respiceret cito rediret nisi alius corrumpatur: si hec non sunt in orientis domino recurre ad ☽ : nam si orientis domino in oriente vel prope oriens locato reddit consilium cito redibit: in septimo aut post mediuz celi tardabit ¶ Reditus hora est cum dominus domus rei quesite aut domin⁹ ☽ domino orientis applicat: aut saltem cardini domini orientis: nam alius est cardo signorū ꝛ alius cardo siderum. Cum ergo stella quelibet alterius stelle cardinem occupat completur effectus: ꝛ sanus est de quo queritur si dominus eius est directus in domo sua vel regno felix: ꝛ ☽ crescens nō in casu mundi

infortunijs ꝛ econtra. Mortuus autem est si questionis dominus et ☽ sub terra a domino octaui aspiciantur: aut si ipse questionis dux est: ꝛ si eos nō respicit nondum mortale est: ꝛ si sunt super terram ꝛ dominus octaui cadit ab eis vitale est. ¶ De somnijs per oriens principaliter vide ipsorū veritatē. ♄ equidez cum ☽ locatus in nono metuenda facit videri vt serpentes monstra fetita: ꝛ domus ♄ notetur: nam ꝛ ipse horrenda signat: similiter in alijs domibus. ♃ ibidem que sunt magnatum. ♂ que sunt ad venationem vel que ad interfectionem. ♀ odoratera margaritas nuptias coitus. ☿ libros templa ꝛ cetera sua. ☉ quodcunq; volandū inter celum ꝛ terram aut reges ☽ que sunt aquatica ꝛc̄. ¶ Infortuna in oriente vel legis domo malum et angustiaz: fortuna comodum ꝛ gaudium. ¶ Alchimiam an vere quis sciat per orientē dominum ꝛ ☽ scies. Si enim mundi sunt ab infortunijs ipse scit horum corruptio mendacem signat: et pro auro fortunetur ☉: pro argento ☽ scientia quoq; cuiuslibet qualis est per oriens quod est sciētis ꝛ per nonū quod est scientie per eorum dominos ꝛ eos qui sunt ibi vel cum dominis illorum corpore vel aspectu: ꝛ ♄ ibi scientie cōtradicit nisi forte dominus sū eum recipiat et benigne respiciat. ¶ Pro electione quatuor naues illa que magis incidet animo querentis detur orienti que minus decimo: tercia septimo: quarta quarto: cui ergo angulorum fortune magis fauent eligatur. Similiter cum de alijs pluribus queritur ꝛ iudicetur. Et ♂ corrumpens ascendentis dominum ꝛ ☽ vel alteram comburet nauim. ♄ frangit aut submergit. ♃ fortunās illa: salutem nauis ꝛ nauigantium integram conseruat ♀ fecundat et gaudere facit. ☿ impedimentum nauis. Si ♂ non fuerit in decimo vel vndecimo: nā si ibi fuerit perdetur quod est in naui per piratas Et si cum hoc est ascendens vna stella tunc de cordibus signorum comburetur nauis ꝛ quicquid est in ea. ¶ Pro velo leuando si ascendit ♒ ventus erit magn⁹: ꝛ si sit ♄ boni esse: si ♑ vē[illegible] erit mediocris: si ♊ ventus erit p̄mixtus: ꝛ sit ☿ boni esse.



SE domo decima an quis dignitatem debeat adipisci sic scitur si domin⁹ ascendentis ☌ ☽ applicant domino decimi ita q⁹ ille medium respiciat labore proprio dignitatem habebit. Idem erit si ambo sunt in decima: ita tamen q⁹ sint mundi a malis. Item si dominus medij celi est in oriente aut orientis domio applicat absq; labore dignitatem habebit. Idem si est dominus decimi applicat fortune in oriente existente. Idē erit si fit translatio inter ambos duces. Item si ille qui recipit mundus est ☌ liber ☌ respicit decimum dignitatē habebit:eiusq; corruptio post certam spem effectum abscidit:☌ si mali corrū punt per □ vel oppositus cum graui repulsa desistat.si vero ✱ vel △ corrumpunt:benigne negabitur dignitas. Item si inter duces sit luminis collectio ☌ qui colligit si est in oriente vel decima si tunc ☽ applicat alteri ducum honorem habebit:☌ si non sit applicatio dūmodo ipsa sit munda multis iuuantibus assequitur:et si ☽ habet se aliter q̄; dictū est si stella que lumen colligit

est in decima vel ipsum respicit vt nec etiam ab oriente sit remota ꝛ munda infortunijs: nec prius q̄ ad signum egrediatur ambo duces vel alter eidez applicent siue ei coniungantur non obuiat habende dignitati. Tunc autez honor habebitur cum inter duces applicatio est completa:ꝛ citius si ☽ confert alteri ꝛ reditus dignitatis significat vndecimum ꝛ dominus eius. Itez si hora natiuitatis ☉ est in decimo aut in propria domo aut in gradu exaltationis dūmodo ♄ non sit adustus et ei consors extiterit:aut ☿ in cardine et infortune ipsum non respiciant □ vel opposito aspectu querentem: aut si natū mundo imperare necesse est. ☉ nec in domo sua nec in regno suo detrahit nisi de regia vel magnatum oriatur familia: nam et si locatus regni fines subicit illi. Item ♄ in oriente cum ipsum sit eius regnum:secretarium regis vel scribam significat. Iergis plane dicit inter orientale ꝛ mediuz celi dominos aspectū deprehensos de honore acquirendo nulla fiat ambiguitas:sin autem minime. Quando autem fiat sic scitur quot gradus applicationis sunt inter duces tot dies vel menses vel ānos accipe ſm q̄ signa sunt tropica vel bicorpora vel firma. Cum quis princeps regnuz ingreditur:aut imperiali sede sedēs regia primum aministrat negocia nota:si enim diurn⁹ est ingressus et ☉ cum ♄ cito degradabitur. Item ☉ a beniuolis respectus dum idem et orientis dominus bono loco ab oriente et in signo firmo sint vel sint diurni iuxta suum velle habebit principatum. Item ☉ in oriente in signo tropico si sit ꝛ ♂ decimū teneat ꝛ eum respicit:aliquis ex ciuibus subditis aduersabitur ei:aut mortem in fine minat̄. ¶ ♃ si est in medio celi fortunatus dum ☉ locum bonum ꝛ firmū signum teneat regnū auget nomen ꝛ famā multiplicat ꝛ opes. Item si ☉ est in octauo vel sexto si orientis dominus est bonus et in oriente vel in medio celi: et si princeps in omnibus ei faueat mortem tamen ab eo a quo regnum receperat. Item si de nocte dignitas habetur:sicut in die de ☉:sic de ☽ ī nocte dic:si enim ab infortunijs est munda et in loco saluo corpus seruat incolume:si cum malis vel eis applicat deponentur. Item ☽ distans a ☌ vel a ☍ per .4. gradus vel minus significat inutilez principatum vltra .4. gradus minus nocet vltra .12. mala liber effugiet:alibi hora deceptiōis honoris significat qō est inter homines et principem suum id est hora intronizationis eius principis:alibi hora cui datur honor fasaleo a domino significat futurum inter dominum ꝛ ipsum Et hora qua intrat dignitatez significat qō futurum est inter eum ꝛ populū subiectum. Non presumas assimilare figuras ꝛ conferre inter se signatores regnorum ante scientiam assimilationis propositorum:quia regna mutant̄ in omni coniunctione:ꝛ cum certificaueris ordines dabis regi ꝛ illis quib⁹ p̄est quod eis debetur ex ordine ꝛ salu⁹ eris ab errore: alibi non iudices ex vno planeta res mundi mutari anteq̄ totam figuraz cognoscas: regna enī in magnis coniunctionibus mutantur:et cum omnes bene aspexeris scias

cuius nature fuerint domini eorum ⁊ eorum fasalli in quolibet: ⁊ non erra/
bis argumentū qꝫ dignitas prelati reducitur ad decimum. Wellius quoqꝫ
durationē regis in regno sic determinat quot gradibus distat ☉ ab orientꝯ
gradu tot annis vel mensibus vel diebus regnabit: idem per partem regis
et officij que a ☉ accipitur ad gradum medij celi: et proijcitur a gradu ♃ et
vbi terminatur proiectio ibi est hec pars cuius loci termini domin⁹ si est in
domo sua vel regno annos minores perfecte attribuit: ⁊ si terminus est sub
ra dijs vel post infelix aut in signo malorum vel termino vel adustus quot
sunt minores anni tot menses vel dies accipe. ¶ De prelati expulsione sic p
cede ſm Welliū. Si medij celi dominus est corruptus aut ipsum medium
celum cum ☽ consequitur gradum infortunij quod medium celum aut do/
minum suum corrumpit aut in eodem conuenit gradu collataꝫ exiuit digni
tatem nisi illud infortunium illo relicto ad alium transeat: nisi ♃ aut ♀ ad
eundeꝫ perueniat gradum: nam si sic in eodem statu conseruant: sed curas
mordaces et gemitus tollere non possunt. Item dicit si infortunium est in
medio celi aut ipsum respicit in ipsa hora rex habebit in como. Idem a me
dij celi gradu ad infortunium gradus computa ⁊ singulis gradibus da an
nos menses vel dies. Idem da singulis horis rectis dies aut mēses aut an
nos duabus semper duos dies. Item ſm partē que a duodecimi domino
ad duodecimum gradum assumitur: ⁊ quantus est numerus graduum per
totidem dignitatē conseruat. Antecessorē scias per stellam que est in nona
sin autem per dominum noni: successorem per stellam in vndecimo: sin aūt
per dominuꝫ vndecimi: ⁊ de vtriusqꝫ ſm illud iudica de illorū bono vel malo
Predecessoris ⁊ successoris genus ⁊ patriam scias per planetas dominan/
tes illis locis. ♄ indum vel arabem significat. ♃ de babilonia vel persia. ♂
romanum. ♀ arabē. ☿ a partibus occidentis. ☽ in terra. ☉ ab oriente aut
regis familia ⁊ domo: ⁊ quicunqꝫ fuerit si est in domo ♄ ignobilē vel senem
significat. In domo ♃ vel termino de sapientibus ⁊ mercatoribus vel legis
ordine. In domo ♂ vel termino ducem exercitus vel bellorum principem
et victorem ⁊ sanguinis effusorem: qui ⁊ frequenter ignem promouet. Que
de domo ☉ de regia familia vel augurem vel astrologum vel venatorē aut
alicuius optime professionis. In domo ♀ aut termino cantoreꝫ mulierum
amatorem vel iocis delectantem. In domo ☿ vel termino scribam vel con
sulem. Et in quarta orientali adolescentem: in occidentali profectum etāte
significat. Et hora cum precepta fugerit regnare incipit vigorem eius: ⁊ qꝫ/
diu sit regnaturus indubitanter exponet. Cum quis ad honoreꝫ promouet
aut primū pro tribunali residet: aut in hora facte questionis si stella que est
dña regni signi in quo ☽ est ab infortunijs est munda per annum integrum
⁊ vltra regnabit. Et si ☽ illi non conuenit alia cui applicat ☽ infelix vel adu
stioni proxima quot gradibus ab aduſtione distat tot menses da. ☽ bene

locata cum benivola gradum stelle que ☽ recipit consequitur et est adusta dispositionis est signum. Item cum luminaria sunt in oriente vel medio celi ꝛ eorum locis infortunarum altera conueniat priuat honore. ♄ in oriente vel in medio celi sub fortunarum aspectu ẽm annos suos minores scz. 30. honorem conseruat in loco peruerso vel in casu. 30. mensibus. ♃ in oriente vel medio celi. 12. annis: corruptus totidem mensibus. ♂ ibidem. 15. ãnis corruptus totidem mensibus. ☉ annis octo corruptus totidem mensibus. ♀ in altero locorum ꝛ orientalis in domo vel regno annis. 10. cadens aut applicans malis totidem mensibus. ☿ annis. 10. dux corruptus mensibus 10. ☽ 25. annis corrupta tot mensibus ꝛ sic omnes. Item qui honorem a' misit recuperabit si in hora questionis domin⁹ orientis applicat decimi domino ꝛ hoc fit cum labore: si econuerso dominus decimi applicat domino orientis sine labore. Idem insinuat ☽ stelle applicãs in decimo vel oriente Idem dominus orientis si est retrogradus: ꝛ si ☽ tunc est in tropico cito recedibit. Et prelatus sic placebit subditis prout habent se adinuicez dominus septimi ꝛ domin⁹ primi: istis conferas ea que de natiuitatibus in domo decima notaui: ꝛ ita secure poteris de digintatibus iudicare.



DE domo vndecima vt de sperato scitur per dñm vndecimi. Si enim dñs orientis illi applicat vel econuerso habebitur qđ speratur et si bono aspectu faciliter:et si malo difficulter. Idem si dñs orientis in cardine est recept⁹. Item qui ☽ respicit in bicorpore modicã partem sperati confert:in tropico difficultas occurrit:in firmo integre pficit. Item si receptor ☽ corruptus est qđ adeptus est destruet. Et si qui ☽ consilium legit est recept⁹ ad uotum confert oĩa. Et si vis scire de hoc qđ querens non vult exprimere vide orientis dñm ☌ ☽ :si enim de cardinibus aut post cardines applicatio sit consequet̃ qđ sperat:sin aũt minime. Si aũt de cuius adeptione fuit solicit⁹ exprimat. 12.domorum figtionez inquire ☌ iudica. De odio ☌ amore inter duos vide per ascendens ☌ septimũ ☌ eor dños:silr per ascñs ☌ vndecimuz ☌ eor dños. Item dñs vndecimi cũ dño primi in bono aspectu concordiam figt ☌ magis est in receptione. Item beniuola in oriente vel medio celi vel amorem significat:si mala malum econtra.

Esdomo duodecima vt de hostibus sic iudica inuadentem si gnificat stella a qua separat̃ inuasiuz cui iungit̃ qui ergo ex his est fortior ille vincet: similiter fac cũ dño ascendentis ⁊ septimi ¶ De cursu equoꝝ ponã in tractatu nono electionũ omnia q̃ hic notaui de questionibus per singulas domos cõfer ea que collegi ordine domoꝝ de natiuitatib⁹ ⁊ per ista ⁊ per illa secure iudica. Si enim bene consideraueris vtrasq; scientias prompte cognosces hoc de quo dubitas: licet enim illa sint naturalia ista tamẽ naturalibus sunt similia. Et de similibus dant simile iudiciũ sapientes protrahis de ascendẽte quod corrumpit questiones ⁊ vitã nati nato non est. Et age sic aspice stellã lucentem in natiuitatibus ⁊ questionibus stellã cui iũctus est dñs ascendẽtis aut dominus rei ⁊ cui coniuncta est luna quia luna est particeps dñi ascendentis aut est lucens in questione super ascendens ⁊ dñm eius ⁊ dñm rei considera ergo stellam coniunctam ⁊ cum qua coniungit̃. Nam si cõiungit̃ cũ fortuna que non recipit aut cum stella retrograda aut cadente aut combusta aut cum infortunata abscisi luminis corrumpit̃ res ⁊ si coniungit̃ cum stella ⁊ illa est salua ⁊ illi stelle est continuatio alicuius stelle cum qua coniungetur illa donec terminant̃ coniunctiones tunc aspicimus ex coniunctis cũ ea tunc si est ei abscidens vt dictũ est. In primis corrumpet̃ res post rectificationẽ. Et si non est ei abscidens tunc questio est recepta. Et si coniungit̃ in principio rei cum infortunata abscindit̃ cum corruptione: q̃ si infortunata est receptio absq; quadratura ⁊ sine oppositione ⁊ sine parilitate res cõprobet̃: ⁊ si est absq; transpositione ⁊ sine quadratura. Et si coniungit̃ in principio rei cum fortuna ⁊ non est coniunctio cum infortuna complet̃ res q̃ si transfert inter vtrasq; stella ad quam transfert cadens infortunatã non receptam corrumpit̃ res. Et si congregat lumen duarum stellarum ⁊ congregans inter vtrasq; est infortunata corrumpit̃ res. Et si est recipiens vnam earum ⁊ non est recipiens aliam corrumpit̃. Et dicit zahel q̃ hoc capitulum mesahalach occultauit cuius sciẽtia in natiuitatibus ⁊ questionibus est valde necessaria q̃ ego ipsum non credo fecisse ex proposito.

Tractatus nonus de electionib⁹ ⁊ imaginibus.

Electio est aptatio signoꝝ ⁊ planetarū in fortitudine ⁊ fortuna ad horā alicui⁹ rei incipiēde. Fit aūt ꝑm diuersitates hominuꝫ etatis honoris officij ⁊ secte. Dō factus est vt cogitet ⁊ eligat: bestie vt pdēt ⁊ festinēt. Aptet ergo luna q̄ significationē habet sup omnib⁹. Solē apta tanq̄ regez. Itē planetas qui rem ꝓpositā naturaliter sīgnt vt venus nuptias: iupiter substātias ⁊ sīlr de aliis vt significāt: ascēdēs ⁊ eius dñs aptet: luna ⁊ eius dñs quartū ⁊ ei⁹ dñs: decimū ⁊ eius dñs: pars fortune ⁊ eius dñs: signū quoq̄ rei ꝓpposite: signū aq̄ticū ꝑ nauigio: terreū ꝑ via terre: vt hec sint libera a malis ⁊ eoꝝ aspectibus masculini ꝫ masculinis: ⁊ femmini femininis. Itē signū quesite rei: boni sint in angulis mūdi a malis nō in cadētib⁹ vel impeditis signis: ⁊ meli⁹ est si bonus est cū bono: nō sit cōtrarietas int̄ planetaꝫ ⁊ locū suū: qui aspicit significatorē a dignitate sua bonū est. Si solē aspicit dñs sui termini bonū ē. Si dñi anguloꝝ ꝑ gradus ⁊ ꝑ ascēsiōes benigne se aspiciūt: ⁊ maxime ad ascēdēs: ⁊ hic ab angulo significat exaltationē ⁊ nomē magnū. Sint stelle fixe de natura bonoꝝ in ascēdēte vel in. 10. vel in. 9. Dom⁹ sīgnatoris nō sit signuꝫ obsessum inter duos malos: si est ibi fortuna non nocet si est obsessa vel cadens ab angulo. Itē dñs signi aptet quia significationē habet ꝓpriaꝫ ⁊ loci in quo est: in reb⁹ festinatis velocia ⁊ ecōtra. Regibus aptent orientalia: ⁊ maxime leo. Pro veritate inuestiganda signa recte ascēdētia nō possunt aptari quidē oīa: q̄ mali nō possūt a celo remoueri. Luna in ascendēte ꝑm phtolomeū ⁊ ꝑm albumasar est bona ꝑm messahala ecōtra. Fortuna i ascēdēte ⁊ melior in gradu ascēdēte vel parū infra. Locus cōiūctionis vel ꝓuētionis ꝓcedētis proxime sit fortunatus ⁊ mūdus a malis: ⁊ preuētio est luminis quod tūc est super terrā vel in oriēte ꝑm phtolomeū: vnde obseruādū est q̄ tūc sit i gradu illo per corpus vel per aspectū ꝑ gradū vel equationem Sic de dño gradus cōiunctionis vel ꝓuētionis quomodo se habet luna a cōiūctione vel preuētione: si vadit ad bonū signat bonū finem de bono ad bonū: bonū iniciū ⁊ bonū finē ⁊ ecōtra. Dñs cōiūctionis vel ꝓuentionis in hora illa oriētalis ⁊ in domo sua vel exaltatione vel in bono aspectu illius vel triplicitate sīgt bonū: ⁊ natū sic euadere mala ꝑ prudētiā: ⁊ si locus coniunctionis vel preuētionis cadit ab angulo erit infra hoc: aptet dñs cōiunctionis vel ꝓuētionis ꝓcedētis electionē ⁊ quarte anni ⁊ dñs anni. dñs signi lune in anni reuolutione: vel dñs anni i hora eleuationis fortunatus significat augmētū honoris incipiētis ⁊ laudabilē finē rei. Et ps cōiūctiōis vel ꝓuētionis in bono loco sīgt rem firmā ⁊ tūc natū vel eleuatū aptent etiā dñi triplicitatis lune i cōiūctione vel ꝓuētione: q̄ sūt custodes nati ⁊ incepti luna i angulo aucta lumine bona est in angulis ⁊ ecōtra. Luna ⁊ alij signifi

